tẽ concessam. atq; ideo putauit.
eũ a culpa qua uniuersalit̃ omne
humanũ genus cepat. non eẽ in-
munẽ; quod enĩ diabolus in xpī
carne potestatẽ seuiendi accepit.
beatus iob. testatur dicens; terra
d. trad̃e in manus impii; terra in
manus impii data ẽ. quando diablo.
ad horã potestas in xpī carne con-

cessa ẽ; Uerũ in eo nihil inuenit.
quia nullũ penitus in eo peccatũ.
nihil qđ sui iuris recognosceret.
Impius exactor reppit; peccatũ
enĩ non fecit. nec dolus inuentus est
in ore eius; dignatus tamen ẽ suscipe
mortẽ. qui nullũ prorsus habuit
meritũ mortis; Unde quasi aliquo
p contante interrogaret. quare
ergo es moriturus qui nullũ admi
sisti peccatũ: p quo subire cogaris
mortis suppliciũ: subiunxit; Sed
ut cognoscat mundus. et r̃tq; qua
si diceret; Idcirco ad modicũ mor
tẽ in me dominari p mitto. quati-
nus p hoc patrem me diligere. eiusq;
uoluntatẽ implere demonstrem;
Surgite inquit eamus; quoniã ad
locũ. ubi a iuda tradendus et a iudeis
cōp̄hendendus erat. In cena enĩ
cũ discipulis discũbebat quando
ista loquebat̃. passionis iã articu-
lo imminente; Non inquit nos inpa
ratos aut quasi passionis certam
detractantes cōp̄hensor inueniat
ultro ad mortẽ p pere mus. alacri
ter patris mandatũ impleamus;
Xpī ergo passio. paterne uolunta
tis impletio. et humani generis
fuit redẽptio; quid igitur homo
dignũ rependere poterit patri
dō. quas saltẽ ex equo grates exsol
uere. a quo tanti habitus est. ut
cul pã serui morte piaret unige
niti filii. par ergo ẽ. ut et nos uo-
luntatẽ implere xpm imitando
conem̃. qui ut mandatũ patris

expleret. humiliavit seipsum factus obediens usque ad mortem; voluntas autem patris haec est: ut in eum quem misit ipsi credamus. Tunc autem in eum veraciter credimus: si ea que ipse precipit ex animo implemus. fides enim accepta est deo: que per dilectionem operatur. Illa vero que nullo virtutis suffragio commendatur: reproba et quasi mortua iudicatur. Proinde necesse est: ut quod recte creditur: bonorum operum exhibitione roboretur. Et ut ad implenda ea que loquimur digni habeamur: sancti spiritus cuius hodie devote celebramus adventum poscamus auxilium: ut ipse caritatem nostris diffundat in cordibus: qua in nobis operante et ad perfectum finem pervehente: et sancti spiritus muneris participes: et supernorum premiorum possimus esse consortes. amen.

DOMINICA I POST PENTEC. LECTIO SCI EUG. SCDM IOHAN.

IN ILLO TEMPORE Erat homo ex phariseis nichodemus nomine: princeps iudeorum; et reliqua.

Series huius sacre lectionis heret superioribus: ubi refert sanctus evangelista: quia cum esset dominus hierosolimis in templo et doceret: multi de populo qui ad paschalem sollempnitatem confluxerant: predicationis eius sinceritate conspecta crediderunt in eum; Ipse vero non credebat semetipsum eis: eo quod omnes nosset. et non esset opus ei ut quis testimonium perhiberet de homine: Ipse enim sciebat quid esset in homine; Hi nimirum typum preferebant catecuminorum: qui licet fateantur se in Christum credere: nullatenus tamen eis vivifica corporis Christi et sanguinis credunt misteria: donec abluti sacro fonte baptismatis: ipsi quoque in corpus Christi transferantur; Ex istis ergo erat iste nichodemus: qui noctu ad dominum venisse dicitur: secreto ab eo instrui cupiens: et fidei cuius iam initia consecutus fuerat: plenitudinem promereri; Quantum ad litteram spectat: nocte ideo venit: quia ob metum iudeorum die accedere non audebat: quorum invidia iam contra confessores Christi late saeviebat; Iam enim conspiraverant: ut si quis Christum confiteretur: extra sinagogam fieret; Mystice vero noctis nomine: ignorantie caligo et timoris eius tenebre exprimuntur; Nocte igitur venit: quia necdum lux divinitatis mentis eius oculos inlustraverat; necdum enim cum perfecte credentibus: ab apostolo audire poterat; fuistis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: sed adhuc in eorum numero remanebat: quibus dicitur; Surge qui dormis: et cetera. Et esaias sub figura hierusalem ecclesiam alloquitur; Surge inluminare hierusalem: et reliqua; Rabbi scimus quia a deo venisti magister; Unde illum a deo venisse ad celeste docendum magisterium certum haberet: subsequenter indicat;

Nemo inquiens potest hec signa fa
cere. et rl'q; Signorū ergo exhibi
tione. miraculorū p̄testatione.
apud eū constiterat. xp̄m a dō ue
ritatis magistrū uenisse. cū eo dm̄
ēē. sed adhuc ipsū dm̄. dīq; ēē filiū
ignorabat; adhuc enī cor illius
nox infidelitatis obscurabat.
Sed dn̄s qui se querentib; presto fit.
et nullū eoꝝ sua grā fraudare
nouit. dignatus est eū a quo studi
ose requisitus fuerat. mysteriis
noue regenerationis instruere.
nec non etiā sue passionis illi sacra
menta pandere; Ait enī; Amen amen
dico tibi. nisi quis natus fuerit de
nuo. et cetera; Omīb; fidelib; luce
clarius constat. quia nemo nondū
sacri baptismatis unda regeneratus.
remissionē peccatoꝝ ualet conse
qui. uel regni celestis aditū p̄me
reri; Et hoc tanto firmius credunt.
quanto certius retinent. quia
aliter fideles ēē nequeunt; quod
pulchre satis in illo hebreorum
populo antiquo p̄signatum est.
qui prius mari rubro transito.
ac manna celesti sumpto. ita de
mū terrā rep̄missionis ingressi st̄;
qd̄ futurorū simbola fuisse. apo
stolus ostendit dicens; nolo uos
ignorare frs̄. quia patres nostri
om̄s sub nube fuer̄. et om̄s in moy
se baptizati sunt in nube et in mari;
Sicut enī illi mare traiecti. ac
manna pasti. terrā rep̄missionis
deletis hostib; intrarunt. ita

nemini ē ante dabitur fieri cō potē
sup̄ne beatitudinis. quā suscepta
primū grā baptismatis. omīb;q;
originalib; peccatis seu actualib;
extinctis. corporis quoq; et sangui
nis xp̄i scificet mysteriis; Dicit ad
eū nichodemus; quomodo potest homo
nasci cū senex sit. et cetera; Nemo qui
dubitet. duas ēē generationes; alte
rā qua carnalit̄ homines generant̄.
alterā qua spūalit̄ regenerantur;
Nā illa fit ex uiro et femina. ista
de xp̄o et ecclā; p̄ illā mortuis pa
rentib; succedunt filii. p̄ istā ad
uitā semp̄ mansurā accedunt; Illā
solā nichodemus nouerat. istā pe
nitus ignorabat; Ideoq; ad uerba
dnī. stupens dicebat; quomodo po
test homo nasci cū senex sit. nullus enim
infans quāuis pusilli corporis. nedū
aliquis maioris etatis. iterato
matris uterū inrumpere potest.
nō ut denuo nascat̄. pari modo de
spūali quoq; et inuisibili sentiendū
est generatione. uidelicet non eā
posse repeti. postquā semel exple
ta fuerit; siue enī ab heretico. siue
a quolibet facinoroso quis bapti
zet in nomine dūtaxat trinita
tis. non licet eū a bono catholico
rebaptizari. quia sicut xp̄s semel
mortuus iā n̄ morit̄. ita quicūq;
in morte ipsius baptizant̄ impossi
bile ē terrificū hoc sacramtū ite
rare. ne uideant̄ xp̄m rursus cru
cifigere et ostentui habere;
Quia ergo nichodemus iste. sollicite

qualiter secunda natiuitas impleri posset
requisiuerat · dignatur adhuc dominus
eum aptius instruere · et quia non car
nalem sed spiritalem regenerationem
uellet intellegi docere · Amen amen
dico tibi · nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto · et cetera · quibus
uerbis illud quoque exposuit · quod paulo
supra obscurius protulerat · Intuen
dum uero · quod in baptismate · tria sunt
corporalia atque uisibilia · tria itidem
incorporalia et inuisibilia · Tria
corporalia · id est sacerdos · corpus ·
et aqua · Tria incorporalia · fides ·
anima · spiritus sanctus · E quibus duo hic dominus com
memorat · alterum scilicet corporeum ·
atque alterum incorporeum · aquam et
spiritum · quia nimirum spiritus sancti admixtione ·
simplex aquae sanctificatur elementum · ut
transeat in nouae generationis mis
terium · Ante enim quam aqua benedic
tionis coagulo condiatur · quid est
aliud quam aqua · Accedit ergo uer
bum ad elementum · et fit sacramentum ·
hanc ipsam quoque qua spiritaliter re
nascimur generationem artius expri
mens · et quantum a carnali distet ·
ostendens subdit · Quod natum est
de carne caro est · et quod natum est de
spiritu spiritus est · Sicut enim natura carnis
uisibilis est · et sicut carnali aspec
tui subiacet · ita et spiritus humanis
est obtutibus inuisibilis · Et sicut car
nalis generatio uisibiliter adminis
tratur · uisibilibus profectibus augetur ·
ita et spiritualis tota peragitur inuisibi
liter · uidetur quidem is qui baptizatur

aquis inmergi · uidetur de aquis
emergere · sed quid in eo spiritali actum
sit lauacro · non potest uideri · tantum
fidelium spiritales oculi contemplari suf
ficiunt · quid illo geratur misterio ·
quod uidelicet homo peccator et filius
diaboli in fontem descenderit · sed
iustificatus et in filietatem dei trans
fusus ascenderit · Hoc ut diximus ·
soli conuenit spiritalium oculi · nam
infidelibus sola quae foris aguntur praesto sunt ·
et totum ludo deputant quod ad inte
rioris hominis ablutionem celebratur ·
Unde et in fine · cum quod hic in occulto
agitur illis apparuerit · cum filiorum
dei gloriam uiderint · dicturi sunt ·
Hi sunt quos aliquando habuimus in
derisum · et cetera · Merito uero spiri
tualis et spiritus uocatur · qui per spiritum sanctum
renascitur · quia inuisibiliter dei filius
efficitur · qui per corpus foris filius
hominis cernitur · Spiritus ubi uult spirat ·
et cetera · Hic iam aperte tam ipsius
spiritus potentiam · quam etiam quid in eos
qui per eius gratiam spiritales efficiuntur
operetur · ostenditur · Spiritus inquit ubi
uult spirat · quia ipse in sua habet
potestate · ut quem uult spiritali gratia
inlustret · Et uocem eius audimus ·
cum aliquis spiritu sancto plenus · nobis coram
positus loquitur · sed non scitur unde
ueniat uel quo uadat · quia etiam
si ad horam spiritus impleuerit · ignoratur
tam quomodo intrauerit · uel
quomodo rediturus sit · Talis etiam
secundum aliquid efficitur · qui de spiritu
sancto regeneratur · quia ita ...

redditur spualis: ut de ipso quoq; nes
ciant infideles unde ueniat uel quo
uadat; unde et subiungitur: sic est omis
qui natus est ex spu; sicut enim nescitur
unde ueniat sps aut quo uadat: ita
de eo qui spu sco renascitur: increduli
et nec dum hoc spu renati ignorant
qd ueniat in filiationem di: et uadat
in perceptionem celestis regni: sed ni
chodemo hactenus inaudita erant
talia: et ideo ei captu difficilia erant;
proinde adhuc percontatur dicens; Quo
modo possunt hec fieri? Et dns; tu es ma
gister isrl: et cetera; nequaquam
putare quis debet dnm nichodemo
uoluisse inludere: qui magister
uocaretur et celestium misteriorum
expers esset: sed idcirco potius hoc
dixisse credendus: ut eum profunda
humilitate solidaret: sine qua nemo
magisterii celestis disciplinam arri
pere: nemo ianuam regni di ualet
intrare. quia ergo iste aliculus
sibi momenti ut pote doctor esse uide
batur: ostendit ei dns quam humilia quamq;
despecta de se sentire deberet: ut
per hoc ad suscipienda diuine eru
ditionis uerba paratior fieret;
Amen amen dico tibi: quia qd scimus et
cetera; suam dns personam coaptat per
sonis apostolorum: qui ea que a bono ma
gistro didicerant. sincerius predi
cabant; qd sciebat ergo loque
batur: et qd uiderat testabatur: quia
sicut ipse alibi dicit: qd uiderat
apud patrem hec loquebatur in mun
do. sed testimonium eius iudei

recipere nolebant: quia nec predicati
onibus ipsius nec saltem miraculis fidem
accomodabant; Si terrena dixi
uobis: et reliqua; terrena illis dixerat:
quando sicut in precedentibus declaratur.
electis de templo omnibus; cum interroga
retur a iudeis in quo signo ista faceret:
respondit; Soluite templum hoc: et
cetera; qd non de illo lapideo sed
de sui corporis templo eum dixisse: ui
gilanter euglista innotuit subdens;
Hoc autem dicebat: de templo corporis
sui; sed illi non modo non intellegebant:
sed nec credebant quidem; Si ergo
terrena audientes non intellexe
rant: quando ad celestia et diuina
intellegenda idonei esse poterant?
Uerum quia dns nichodemum suis dili
genter uidit intendere sermonibus:
dignatus est eum et de celestibus: et
de terrenis plenius erudire; de
celestibus quidem docetur: cum eueuangelio.
de ascensione xpi ad celos subiungi
tur; Nemo ascendit in celum: et reliqua;
quo loco iure queritur: quomodo
dns secundum qd filius hominis erat.
dicat se descendisse de celo: uel
quomodo accipiatur tunc fuisse in
celo. quando ista loquebatur in terra:
cum nec per humanitatem descenderit:
nec ante ascensionem in celo fuerit;
sed fides habet catholica: xpm
gemina constare substantia: diui
na scilicet: et humana; quibus non
confusis nec uero diuisis: unus xps
efficitur. ds et homo; propter hanc ergo
di hominisq; inseparabilem coniun-

ctionem recte dicitur xps descendisse de celo. cum sola diuinitas in uterum uirginis uenerit; dicitur etiam quando ista loquebatur fuisse in celo. cum carne positus esset in terra. diuinitate uero celum simul impleret et terram: Nec hoc mirum uideri debet de xpo. cum beatus paulus apostolus. qui ut homo inter homines uersabatur. conuersatione in celestibus moraretur: ait ipse. nostra conuersatio in celis est. Queri etiam potest cur solum modo xps dicatur ascendere in celum. cum omnes electi ueraciter se confidant ascensuros in celum; Unde enim est quod presentis mundi gloriam despiciunt. quod laboribus libenter insistunt. postremo mortem ipsam alacriter recipiunt. si ad illam beatitudinem cuius respectu tanta perferunt. ascensuri non sunt. Sed scimus xpm caput esse omnium electorum. et omnes electos xpi membra existere. dicente apostolo; Uos estis corpus xpi et membra de membro; Quia ergo electi quique membra xpi sunt. merito illis ascendentibus xps dicitur ascendere. et membra sua ad se in celum colligere. Nemo igitur ascendit in celum nisi qui descendit de celo. hoc est nisi xps cum corpore suo. Et sicut moyses exaltauit serpentem. et cetera. Mirabili ac spiritali diuina arte dominus nichodemum ad intellegenda noue gratie sacramenta inducit. id quod olim erga antiquum hebreorum populum contigerat recolens. et spiritaliter exponendo. illum esse quem lex et prophete predixere manifestans; Legitur enim in libro numerorum. quia populus longo per desertum fatigatus itinere. murmurauit contra dominum et moysen; Ob quod piaculum inmisit dominus serpentes igniteos. et plurimis morientibus clamauerunt ad dominum; qui iussit fieri serpentem eneum. et poni pro signo; Quem cum percussi aspicerent. sanabantur; Quid ergo serpens ille suspensus. nisi xpi significat passionem. qua fixus ille uiro susque serpens diabolus superatus est. Serpens et enim ille eneus. figuram quidem serpentis habuit. sed longe a ueneno fuit alienus; Sic et xps in similitudine carnis peccati apparuit. sed ipse totius mundi peccatum tulit. peccata autem per serpentes ideo designantur. quia primus parens suasione serpentis prolapsus est; Et sicut uenena carnis uitam interimunt. ita peccata animam necant. Notandum uero quod idem serpens eneus fieri iussus est; Quid enim in serpente nisi mortalitas. quid uero in ere. nisi eternitas accipitur. Es quippe. ceteris metallis durabilius et sonorius est; Serpens ergo eneus xps est. qui et secundum humanitatem mori potuit. et per diuinitatem in sua eternitate quasi eneus perdurauit; Atque per apostolorum ora ualido et clarissimo usque in fines terre tinnitu personuit; Bene autem qui percussus serpentem aspiceret. sanabatur; quicumque uere expresseque filii dei imaginem aspexerit. hoc est qui eius passionem

pro totius mundi salute celebratam
crediderit; profecto antiqui serpen-
tis uirus, et aeternae mortis periculum
euadere poterit; Et illi quidem qui
serpentem aeneum aspicerent morti
ad tempus subtrahebantur, et uitae re-
seruabantur; qui uero passionem Christi
pio corde crediderit, deuoteque
imitari studuerit, morti perpetuae
subducetur, et uita semper mansura do-
nabitur; Unde ilico subiunctum est; Ut
omnis qui credit in illo, et reliqua; Uitae
autem aeternae diffinitio. In cognitione
dei patris filiique constituta est ipso
ad patrem dicente; Haec est uita aeterna,
ut cognoscant te solum uerum deum et quem
misisti Iesum Christum; Ne autem Nichodemus
Christum solummodo hominis et non etiam dei
filium esse putaret, necessario quae
de filio hominis dicta fuerant, de
filio quoque dei replicantur cum subditur;
Sic enim dilexit deus mundum, et reliqua. Idem
enim dominus et redemptor noster qui cum patre
unus deus est sine tempore, homo fieri
EB uoluit ex tempore; sicque suscepit ea
DM quae erant hominis, ut non perderet
II quae erant diuinae maiestatis, ut
LG redimeret ex humanitate quos
TIO creauerat per diuinitatem, et per alte-
SCI rum reficeret quos ex altero fecisset;

EUG. SCDM LUC. IN ILLO T. EPR
DIXIT IHS DISC. PARABOLAM H.

HOMO QUIDAM ERAT DIUES
qui induebatur purpura et bisso
et reliqua; Si praecedentia sancti euangelii
uerba diligentius perpendamus, quid
causae extiterit ut dominus hanc simili-
tudinem aptius diceret inuenimus; Propo-
suerat namque superius callidi uillici
parabolam, qui fraude domino suo in-
perpetrata sibi in posterum prouiderat, eumque
ore domini sui laudatum quod prudenter egis-
set ostenderat; In fine parabolae mo-
nendo subiungens, ut huius uillici
prudens ingenium imitantes, amicos
nobis de mammona iniquitatis faciamus,
a quibus in aeterna tabernacula recipia-
mur; Quod audientes pharisei qui erant
auari, deridebant eum. Uerum ipse eorum
non ueritus supercilium, demum paucis interpo-
sitis, haec quae prae manibus habetur parabola
in suorum usus est assertione uerborum,
ostendens hunc diuitem inclementissimum
ideo apud inferos irremediabiliter
cruciatum, quia egenti pauperi nolu-
erit fenerari, et eum sibi amicum nolue-
rit facere; Ait ergo; Homo quidam
et reliqua; Hunc diuitem quidam iuxta lit-
teram autumant fuisse Nabal impiis-
simum et stolidissimum, cuius libri re-
gum meminit historia; sed minus neces-
sarium immo superfluum est illum quis fue-
rit uelle scire, cuius nomen dominus
indignum fuerit exprimere; et ma-
xime quia in similitudine non rerum
gestarum sed gerendarum certum est
complecti noticiam; Et induebatur
purpura et bisso; purpura regium
ornamentum, quo apud antiquos solis
regibus, et quibus regali indulgentia
permissum esset uti licebat; dicta autem
purpura a coloris puritate; tin-
guntur uero conchiliorum sanguine
et fertur secundum caeli regionem sortiri

colorē; Bissus uero genus est· lini
mollissimi et candidissimi; Iste ergo
diues· nimio diuiciarū luxui deditus·
interius ad carnē bisso mollissima uesti-
ebat˜· exterius uero p̄ nitore purpura
amiciebat˜; Notandū uero hoc loco est·
quia ual de subtiliora et districtiora
sunt p̄cepta noui· quā ueteris testa-
menti; In lege enī rapina p̄hibet˜· In
eugl̄o autē etiā tenacia plectitur;
Ibi qui rem iniuste sublegerit· quad
ruplicit̄ reddere p̄cipit˜· hic etiā
si p̄pria n̄ dederit condēpnabitur·
Colligendū uero quantū legis de-
creto· euangelicę p̄fectionis gra-
uedo p̄ponderet· simulq; uidendū·
qua pena dignus sit qui rapit· si ille
etiā punit˜ qui sua n̄ distribuit; Qui-
dā p̄tereas· qui nequaquā culpabile
estimant· si p̄ciosioribus et cultioribus
uestib; induant˜; qđ p̄fecto nisi eēt·
nūquā tā exp̄sse dns diuitis habitū
collegisset; qđ ex ob posito melius
cognoscit˜· quia si uilitas habitus
ad uirtutē n̄ p̄tineret· dns iohem
de qualitate sue uestis minime lau
dasset. Si ergo uirtus ē· uilib; con-
tentū eē· restat ut uicio deputet˜
multicia querere; Hoc sciens beat˜
petrus· ipsas quoq; mulieres ab or-
natu pōpatico suspendit dicens;
N̄ in torto crine· aut ueste p̄ciosa;
Erat quidā mendicus· nomine
Lazarus; Notanda diligentius
uerba dnī· atq; in eis uis discretionis
requirenda; Cū enī in populis no-
mina diuitū plus soleant sciri quā
pauperū· dns tam diuitis nom̄
quasi nesciens preterit· pauperis
euidenter exp̄ssit; scire nāq; dī· mi-
sereri uel eligere siue amare est;
Unde et moysi dicit˜· noui te ex
nomine; E contra uero· nescire illi-
ē rep̄bare· iuxta qđ in iudicio
quib;dā dicturus ē; Nescio uos·
unde sitis; pauperē ergo humilē
sciebat· quia eū inter duros egesta-
tatis et ualetudinis labores ap-
p̄babat; diuitē uero sup̄bū nes-
ciebat· quē inclementię et fastus
merito rep̄babat; Qui iacebat
inquit ad ianuā eius· et rl̄q; qđ
dns lazarū ulcerosū et stipis
indigū ad ianuā diuitis splendide
cotidie epulantis iacere p̄mi
sit· n̄ tā huic exaggeratio me-
riti· quā illi cumulus credi debet
fuisse supplicii; potuisset enī
fortassis diues aliquid obtendere
excusationis· si pauperē corā
positū n̄ habuisset· si eius cotidie
importunos clamores minime
audisset; E diuerso lazarus
minorē p̄tulisset in mente tem-
ptationē· si diuitē n̄ uideret·
cotidie splendide epulari· et
inopię se tabe consumi; Et enī
sufficeret ei morbosa calamitas·
etsi n̄ adeēt egestas; rursūq;
satis affligi potuisset damno
paup̄tatis· si n̄ etiā afficeret˜
languore corporis; Quos uero
temptationū estus· que cogi
tationū certamina putamus

inmente huius pauperis conflixisse˙
cũ diuitē impiũ cerneret purpura
et bysso circũdari˙ et obsequentiũ
cuneis stipari˙ regifico dapũ appa
ratu distendi˙ se autē extrema
omnĩ passũ˙ nec reliquias illatē misę
conspicere et pmereri˙ et a nemine
uisitari˙ qđ tacite sc̃s eugł̃ta insi-
:sub nuat ⁝ dens; Sed et canes uenie
bant˙ et cetera; In uno ergo re
dnš duo iudicia patrauit˙ quia pau
perē diuitis adiutis felicitate exa
minauit˙ et diuitē ex uisione pau
peris dũ misereri noluit˙ seuiori
sententia puniuit. Factũ ē aut̃
ut moreret̃ mendicus˙ et cetera;
2·ſg Sinus abrahę ñ iuxta modũ nr̃i gre
mii angustus˙ sed tanta amplitu
dine distensus˙ ut capax possit eē
multoꝝ˙ requiem illã significat
in qua sc̃i ante aduentũ xp̃i apud
infernũ˙ quamuis in secretioribus
minusq; penalib; locis tenebant̃;
Sepultura uero inferni˙ pfunda
et tenebrosa dãpnatio accipit̃˙
qua repbi anima simul et corpore
cruciandi s̃; Quid enĩ aliud sepul
turę nomine˙ quã ppetuã et nũ
quã finiendã malorũ excrucia
tionē intelligi uoluit˙ quę et
nunc in anima agit̃˙ et post iudi
ciũ ipso quoq; in quo peccatis ser
uiert̃ corpore exhibet̃. Eleuans
autē oculos˙ et cetera; pulchre
oculos leuasse et abrahã a longe
uidisse refert̃; Oculos enĩ leuat˙
quia supra se ē quē uidere desi
derat. Et a longe eũ uidet˙ ac si ius
meritis pcul distet; Et clamans di
xit; pater abrahã miserere mei˙ et ce
tera; Quã inuestigabilia quã q; occul
ta et potentia sĩ iudicia dĩ˙ ex hoc pci
pue loco aduerti potest ubi dicit̃˙ quia
diues qui lazaro sup mensę micas ne
gauerat˙ in inferno positus guttã
aquę poscebat; Et qui minima egenti
dare nihilipendit˙ ipse quoq; impe
trare minima ñ potuit; Ecce quã fri
uolũ quã nullius momti ē˙ sperare
in incerto diuitiarũ; Intuendũ uero
qđ diues qui totus ignib; urebat̃˙ am
plius se in lingua ardere fatet̃; neq;
superius loquacitatis uicio notatus
est˙ sed more sacrę scripturę quo
ñnũquã p alia res alię innuunt̃˙
dũ cotidie splendide epulatus fuisse
dicit̃˙ p hoc etiã loquacitatis uicio
subiacuisse innuit̃˙ quę in conuiuiis
maxime sup effluere solet; dũ ergo
diues iste in lingua se ualidius
cruciari asserit˙ dat̃ intellegi eo
menbro queq; amplius puniendũ˙
quo magis peccato seruierit˙ qđq;
peculiarius cuilibet uicio deputa
uerit; Unde et apł̃s hortat̃ nos ne
menbra arma exhibeamus peccato;
Arma etenĩ peccati˙ menbra nr̃i cor
poris exhibemus˙ cũ nosmet obscenis
uicioꝝ officinis dedentes˙ honestati
et sc̃imonię repugnam̃; Et ait illi
abrahã; fili recordare˙ et cetera;
Quę uerba et diuitē quiddã boni˙ et
econtrã mali aliquid habuisse de
monstrant; Sed bona diuitis tran-
:paupem

storia p̄sentis uitę felicitas remu
nerauit · mala lazari inopię caminus
purgauit; Et induite ergo bona
quă uis paruissima remunerantur ·
et in lazaro mala licet leuia purgant;
Quia sicut d̄s nullū bonū patit̄ sine
mercede · ita nullū sinit p̄terire malū
sine ultione; Et in his omīb; int̄ nos
et uos chaos magnū · et rlq; mirū et
humanę rationi inp̄scrutabile · qua
le illud chaos fuerit · q̄d tā exiguū
ēē potuit · ut hi quos tristi int̄iectione
disterminabat inter se uerba sere
rent · tā ingens ut nec isti ad illos ·
nec illi uicissim ad istos transire pos
sent. quid ergo chaos illud · nisi inde
mutabilis status accipit̄ · quantū
enī ad corpus · iniustus simul cū iusto
localit̄ ēē potest; ut autē iustis simul
maliq; meritū conueniat · ēē n̄ potest;
Chaos ergo dicit̄ confusio rerū · uel
terminus intransmeabilis; chaos ergo
magnū inter hos illosq; firmatum ·
intransitiua intellegit̄ distantia
partiū; quia nec rep̄bi semel geenne
ignib; traditi · ad beatitudinē ua
lent demigrare scōꝝ · nec iusti celesti
beatitudine p̄diti · suppliciis ūquā
ualent subigi rep̄borū; quęrendū
uero quare dicat̄ · ut hi qui uolunt
hinc transire ad uos non possint; q̄d
enī dāpnati suppliciis carere · et beatę
scōꝝ requiei cupiant admisceri ·
nulli dubiū; Quomodo autē fieri
potest · ut sc̄i ad dāpnatoꝝ sortē
uelint transire · sed quasi transire
illorū est · uisā illoꝝ pena ad cō

passionē mentē flectere · eosq;
a tormtis uelle liberare · n̄ autem
et si uoluerint transire ad illos poss̄
quia licet pię electoꝝ mentes p̄se
ad condolendū afflictoꝝ miseriis
inclinent · ęquissimo tamē iudicio
tanta seueritate uniunt̄ · ut nulla
iā erga eos compassione moueant̄ ·
quos iuste inrecuperabilit̄ dāpnatos
aspiciunt; Sed diues de sua iā salute
desperans · p̄ximoꝝ quos maledictos
in uita reliquerat recordat̄ · eisq;
lazarū mitti postulat · ne ipsi
similē dāpnationē incurrant; Ex
quo ostendit̄ · rep̄bos iā dāpnatos
in inferno · caritatē inutilit̄ discere ·
quā nullatenus dū uiuerent uolu
erunt adp̄hendere; Ait enī; Rogo
ergo te pat̄ · et rlq; Duo diuiti
ad dāpnationis reseruatas cumulū ·
cognitio uidelicet et memoria;
Cognouit enī lazarū glorificatū ·
quem despexerat stipis indigum;
fratrū etiā meminit quos reliquit ·
ut illius quē exhorruerat cernendo
felicitatē amplius cruciaret̄ · et
de illoꝝ quib; similia timebat solli
citudine torqueret̄; Sic et omīs impii
ut nihil illis supplicii desit · et de
iustoꝝ glā puniunt̄ quos in p̄senti
despexerunt · et de eoꝝ etiā afflic
tionib; gemunt quos supfluo
dilexerunt; Ante enī ultimā iudicii
sententiā · mali quosdā bonos
in superna felicitate conspiciunt ·
sed inde acerbius cruciant̄ quia
ad eoꝝ sortē puenire non possunt;

electi uero et nunc et post acto iudicio.
reprobos semper in tormenta conspiciunt.
ut hoc magis illis ad gaudiorum mate
riem crescat. dum uident quid euase
rint. sicque deo ereptori suo inexple
biles grates rependere non cessent.
eiusque nomini intacibiliter confiteri.
quoniam in eternum misericordia eius. Et ait illi
abraham. habent moysen. et cetera.
Sed is qui sibi conscius erat legis
et prophetarum monitis non obedisse.
de proximorum quoque obtemperatione
diffidit. unde respondet. non pater
abraham. et cetera. Cui mox ueri-
dica sententia dicitur. Si moysen
et prophetas non audiunt. et cetera.
qui enim legem que carnalibus data est
implere renuerit. numquam ad im
plenda euangelii precepta que spiritu-
215 alibus data sunt attingere poterit.
quia nimirum quanto subtiliora sunt.
tanto difficilius impleri poterunt.
His ad litteram necessario premissis.
restat ut hec eadem quid mysterii
contineant uestigemus. diues etenim
iste typus iudaici populi. qui diuine
legis diuitias accepit. et thesauros
celestium sacramentorum consecutus est.
qui bene purpura et bisso indutus
fuisse dicitur. In purpura etenim
splendor eloquiorum. In bisso uero
sinceritas intelligitur sensuum. pur-
pura ergo et bisso ornabatur. qui de
acceptis celitus donis tumens. non
hec ad utilitatem sed potius ad nito- 216
rem habuit. dumque assidue scriptu
rarum monitis erudiretur. quasi coti
die splendide epulabatur. Et dum uerba
ei fluerent de exuberante scientia.
quasi mice cadebant de mensa. Lazarus
uero gentilem populum figinaliter expri
mit. qui ulceribus plenus fuisse dicitur.
quia ad fidem ueniens. dum peccata sua
confiteri non erubuit. quasi uulnus in
cutis superficiem traxit. dum enim cutis
in uulnere rumpitur. foris uiscerum uirus
egeritur. sic et nos dum latentia peccata
confitemur. quodammodo noxios hu-
mores ab internis in uulcus producimus.
sicque salubriter sauciat. quod feraliter
ante sub cutis integritate latebat.
Iste ergo lazarus cupiebat saturari
de micis diuitis et nemo illi dabat.
quia iudaicus populus. dum de singula
ritate tumeret scientie. numquam secu
rationum populum ad cognitionem dei
curauit admittere. Unde et dominus quo-
dam loco arguit dicens. Ue uobis phari
sei qui habetis clauem scientie. et cetera.
huius autem lazari uulnera linge
bant canes. Canes uero in sacro eloquio.
predicatores sancti aliquando accipiuntur.
qui sagaci cautela greges domini
cos uallant. et uerbis predicamentorum.
quasi quodam ualido latratu personant.
Cum autem canis lingua uulnus lingit.
curat. Sic et sancti predicatores dum
nobis spiritualis curationis medelam
contra peccata ostendunt. quasi
uulnus mentis lingua tangunt et
ad sanitatem perducunt. Unde recte
ipse lazarus adiutus interpretatur.
quia ut gentilis populus ad salutem
perduceretur. sanctorum adiutus est uoce

predicatorum. Quod uero mortuus lazarus
in gremio infertur abrahe. hoc nimirum
significat quod cotidie agitur. Gentiles
enim quique fide christi prediti. si in bonis
inuenti fuerint operibus. illico ad illam
superne felicitatis secretissimam requiem
admittuntur. Hoc enim significat sinus
abrahe. iuxta quod alibi dominus hoc ipsum
aliis uerbis insinuans dicit. Uenient et
recumbent cum abraham et cetera. Quod
uero subditur. quia diues in inferno sepe
litur. hoc est quod illic confestim subiungitur.
filii autem regni eicientur in tenebras
exteriores. Recte enim filius regni dicitur.
qui purpura ornatus fuisse describitur.
Diues ergo iste in inferno sepelitur. quia
iudaicus populus qui infidelitatem
elegit. profunde ac perpetue dampnationi
post mortem deputatur. In tormentis ergo
positus oculos leuat. et a longe
abraham et lazarum in sinu eius aspicit.
quia ante ultimi diem iudicii dampnata
illa plebs. et in imo penarum posita.
electos in supernis gaudiis contemplatur.
nec tamen ad eorum felicitatem peruenire
sinitur. Quod autem se in lingua amplius
cruciari queritur. significat quia
isdem iudaicus populus qui in ore
diuine legis uerba habuit que operibus
exequi paruipendit. inde fortius
cruciandus sit. unde sibi testis est
quia que agenda essent sciuit. sed
hec operari renuit. Rogat ergo
ut ad se lazarus mittatur. et ex
minimo digito aquam infundat.
quo ardor quem in lingua patitur refri
geretur. quia perennis ille populus sup

plicii deputatus. oportet saltem
paruissime sanctorum actionis complex
fieri. Cui dicitur quod in uita sua bona
recepit. quia transitorias presentis
uite delicias pro perennis amplexus est
bonis. eisque quasi solis et perpetuis toto
inhesit affectu. Merito ergo hec
ei pro compensatione adiudicantur.
que sola dilexisse. et quibus si licuisset
semper uoluisse uiuere comprobatur.
Sciendum uero est quia habent etiam sancti
in presenti bona. nec tamen hec illis loco
sunt retributionis. quia ita norunt uti
presentibus. ut nihilominus fruantur
eternis. Et dum perpetuis summo desiderio
intendunt. que libet se ingerant
prospera. hec quasi nulla sint. uirtutis
pede proculcata contempnunt. Sed
intuendum quod abraham hunc diuitem
filium uocat. nec tamen ei in tormentis
subuenire curat. quia sancti illius reprobi
populi patres. et eos secundum carnem
filios recognoscunt. et nulla erga
eos qui iuste dampnatis. uiscera mise
ricordie ostendunt. Quod uero quinque
fratres reliquisse dicit superstites et
adhuc in uita positos. iudeos insi
nuat. qui bene quinario conprehen
duntur numero. quia exterioribus
tantum et corporalibus deditis. Quia
enim quinque sunt sensus corporis quibus
sola percipimus corpora. apte quinque
esse dicuntur. qui terrenis tantum et cor
poralibus occupantur. Quinque ergo
fratres reliquisse queritur. quia suos
sequaces terrena tantum sapere
et ad diuina intelligenda nequaquam

assurgere mens intuetur; Rogat ergo ut lazarus ad eos mittatur. sed respondetur illi quia moysen et prophetas habeant quos audire debeant; Sicut enim recte iudei inspicerent. non a resurgentibus ueritatem expectarent; sed quid certe atque indubitabiliter sequendum esset. a lege et prophetis didicissent; quid enim aliud est lex illa mosaica. quid innumera euidentiaque prophetarum oracula? nisi quaedam christi ad salutem humani generis uenientis testimonia? sed ad haec infert quod non aliter credituri sint. quam si quis ex mortuis resurrexerit; Cui liquido respondetur. quia si moysen et prophetas non audiunt et cetera; quam purissimas diuinae scripturae mysteria? quamque sibi consone respondentia; resurrexit christus a mortuis. sed qui moysi de christo testimonium recipere noluerunt. etiam resurgenti christo adhuc credere contempnunt; Et quia acceptam legem spiritaliter disquirere detrectarunt. ad christum qui gratiae spiritalis auctor est uenire minime possunt; remota sunt omnia argumenta excusationis. ostenso ubi requiratur indicium ueritatis; Legislatorem suae moysen audiant. prophetas suos de christo requirant. et per eos quod in errato credatur agnoscant;

LECTIO Iustissime etenim penae subiacebunt. qui etiam a suis quod sequendum esset discere noluerunt.

EBD. II. PPT. SCI EUG. SECUNDUM LUCAM. IN ILLO TEMPORE DIXIT IHS DISCIPULIS PARABOLAM HANC.

HOMO QUIDAM FECIT cenam magnam. et reliqua; Homo iste per significationem. mediator dei et hominum homo christus ihesus intellegitur; de quo propheta; Et homo est. et quis cognoscet eum? Fecit cenam magnam. quia praeparauit nobis sacietatem internae dulcedinis. dicens nobis; Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et cetera; Ad hanc cenam cunctos qui uenire uolunt. cotidie inuitat; sed inuitati uenire contempnunt. quia etiam illi qui per fidem ei subiecti esse uidentur. dum male uiuunt. quasi ad hoc conuiuium uenire contradicunt; hinc est quod dominus alibi dicit; multi uocati pauci electi; Et misit seruum suum. et reliqua; Seruus iste patris familias. praedicatorum ordinem signat. quia a summo patre familias missi. ad hoc supernum conuiuium. cotidie nos inuitant. dictis. scriptis. exemplis; Inuitauerunt etiam aliquando. miraculorum signis; Quid uero hora istius cenae. nisi instans mundi terminus intellegitur? in quo nos sumus. de quo iohannes dicit; filioli nouissima hora est; In qua etiam paulus. nos esse testatur dicens; nos in quos. fines seculorum deuenerunt; quod si ita est. tanto minus debemus a conuiuio dei excusare. quanto mundi terminum. malis crebrescentibus; cernimus propinquasse; Ab hac cena excusamus. cum prauae operando. diuinis praeceptis contradicimus; Cunctis uero liquet quia post prandium cena sequitur. post cenam uero nullum conuiuium expectatur; unde quia et in dei retributio

nobis in fine mundi preparabitur. consequens itaque fuit ut hoc conuiuium non prandium sed cena uocaretur; de hoc et iohannes; beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt; Ceperunt simul omnes excusare. et reliqua; per uillam inquam empta dominatio notatur. terrena substantia a superbis possessoribus superbe possessam exprimitur; qui enim uillam emit. tenere illam possidere. homines sibi in illa subdere. iura subiectis dare delectat; Et aliis dominari desiderat. quidem dominum habere contempnit; Cum ergo quilibet in uillam exit. ad cenam patrisfamilias uenire dissimulat. quia dum quilibet propter possessionem terrene substantie mentem in tumorem eleuat. uocatori suo deo parere detrectat; Et aliter dixit; Iuga boum emi quinque. et reliqua. In quinque iugis boum. quinque notissimos corporis sensus accipimus; qui sensus recte iuga boum uocantur. quia utrumque sexum complectuntur; Iugum namque ut etiam uulgo notissimum est. binos conectit boues. Uel certe ideo iuga dicuntur. quia pene singuli sensus in unoquoque homine geminantur. quod in tribus prioribus sensibus. potissimum apparet. duo sunt namque oculi. due aures. gemine nares; In faucibus etiam ubi sensus gustandi est. quedam geminatio inuenitur. quia quod gustaueris nihil sapit. nisi lingua et palato tangatur. uoluptas etiam carnis que ad tactum pertinet. si subtilius intenditur gemina esse probatur; nam et forinsecus et intrinsecus. id est corpore et mente hominem illiciendo labefactat; Et quare boum dicuntur iuga. quia nimirum per istos quinque sensus carnis solummodo terrena requiruntur. boues etenim terram uersant; qui uidelicet corporales sensus dum interna et celestia comprehendere nesciunt. sed sola ut dictum est exteriora atque terrena meditantur. Iure per eos curiositas designatur; que dum alienam uitam inquirit. suam negligit; Et curiosus animus quanto peritior est alieni meriti. tanto efficitur ignarus sui. unde et signato uerbo utitur dum dicit. eo probare illa. quia probatio numquam ad curiositatem solet pertinere; Et notandum quod et is qui propter uillam. et is qui propter iuga boum probanda ad cenam uenire differt. cum excusatione uerba humilitatis permiscet dicens; Rogo te habe me excusatum; dicendo etenim rogo et tamen uenire nolendo. humilitatem pretendit in uoce. superbiam in actione; Simili modo cum quilibet doctor aliquem praue agentem ad conuersionem hortatur. ad mundi contemptum prouocat. quo hunc nisi ad dominicam cenam uocat. At cum talis predicanti sibi respondet. ora pro me quia peccator sum conuerti non possum. dicendo quia peccator sum humilitatem insinuat. subdendo conuerti non possum. superbiam demonstrat. Et rogat igitur et excusat. quia et humiliatur in uoce et superbit in actione; Et alius dixit; uxorem duxi. et cetera. quid uxoris nomine nisi carnalis uoluptas.

designat. Licet enim coniugium a deo
institutum ac pro hoc bonum sit. plerique
tamen in illo non carnis propaginem. sed
corporis expetunt uoluptatem. Ecce
his tribus modis omnes reprobi ab istis nunc
nuptiis epulis excusant. cum alios aua
ritia occupat. alios curiositas de
uastat. alios carnalis uoluptas ex
haurit. Quae tria licet aliis uerbis.
pari tamen intellectu. iohannes apostolus in
epistula sua similiter commemorare uidetur.
Nolite inquiens diligere mundum.
neque ea quae in mundo sunt. Quoniam omnia quae
in mundo sunt. concupiscentia carnis
est. et concupiscentia oculorum. et am
bitio saeculi. Concupiscentia enim carnis
idem significat. quod unus ex inuitatis
dicit. Uxorem duxi. Concupiscentia
oculorum. quod alius ait. Iuga boum emi
quinque. Ambitio saeculi. idem quod et
uilla empta significat. Et reuersus
seruus. et reliqua. Quem putamus esse istum
seruum. nisi ceterum sanctorum doctorum. qui dum
torporem et neglegentiam nostri cordis
aspiciunt. ipsos apud dominum accusatores
patimur. quos magistros ueritatis
imitari despeximus. Eo ipso enim nos
ad dominum accusant. quo inobedientiae
nostrae culpas in conspectu interni arbi
tri gemendo deplorant. Tunc
iratus pater familias. et reliqua. Quid est
quod superbis uenire neglegentibus
pauperes eliguntur. nisi quia iuxta
pauli uocem. infirma mundi elegit
deus ut confundat fortia. Sed atten
dendum qui eliguntur. pauperes inquit
ac debiles. Sunt pauperes. et debiles.

sunt et fortes. debiles dicuntur qui suo
iudicio apud semet ipsos infirmi sunt.
Nam pauperes et quasi fortes sunt qui etiam
in paupertate positi superbiunt. de quibus
per salomonem dicitur. diuitem mendacem
et pauperem superbum. utrumque abhomi
natur dominus. Caeci sunt qui lumine scientiae
carent. Claudi sunt qui rectos gressus
in operatione non exhibent. Repulsis
ergo superbis contradictoribus. pec
catores humiles eliguntur. cum dicitur.
pauperes ac debiles. caecos et clau
dos introduc huc. Et ait seruus.
Domine factum est ut imperasti. et adhuc
locus est. Licet tamen multi tales ad fidem
collecti sint ex populo iudaeorum. ad
huc tamen locus uacat in regno dei. ubi
recipi debeat numerositas gentium.
Unde et eidem seruo praecipitur. Exi in
uias et saepes. et cetera. Superius ubi de
uicis et plateis ad cenam pauperes et
debiles inuitantur. Iudaicus populus
figuratur. qui in urbibus ac suburbiis
a deo sibi datis conuersans. legem diui
nam tenere consueuerat. Hic uero ubi
de uiis et saepibus colligi praecipiuntur.
nimirum gentilis populus designatur.
qui de agresti conuersatione. relic
ta morum incultitudine quae per saepes
figuratur. ad fidem uenisse cognoscitur.
Signandum uero quod in hac tertia in
uitatione non dicitur iam inuita. sed
compelle intrare. Quidam enim ad hanc
uocantur et uenire contempnunt.
ut illi qui et bonum quod faciant
intellegunt. sed eundem intellec
tum operibus non sequuntur. Alii uocantur

et uenirunt. qui bonũ et intelligunt
et exequunt; n̄ nulli sic uocant ut
etiã cõpellant. quia s̄ pleriq; q bona
faciendũ intellegunt. sed hec facere
desistunt; qui si dũ ad honores isti uis sc̄i
tendunt. aliqua huius mundi molestia
feriant. mox suis priuati desideriis.
ad dm̄ inuiti redeunt. que p amore
mundi deserere conabant; sed tre
mendũ est ualde qd̄ sequit. Dico aut
uobis. et cetera; Cotidie nos diuina
pietas ad se uocat. nc̄ p legẽ nc̄ p eu
angl̄m. modo p doctores. plerũq;
p p̄sp̄a. aliquando p aduersa; nemo
uocantẽ despiciat. ne dũ modo uoca
tus excusauerit. cũ uoluerit intrare
n̄ possit; pensemus qd̄ salomon dic.
ex p̄sona dn̄i; tunc inuocabunt me
et non exaudiã. mane c̄ surgent
et n̄ inuenient me; tollamus de me
dio excusationes inutiles. ppemus
ad cenã agni p gressũ boni operis.
ut dũ digne uiuimus. supnę uoca
tionis non inueniamur indigni;

EBD. III. P PEN. LECTIO SCI EUG
SCDM LUCAM. IN ILLO TP̄R
ERANT APPROPINQUANTES
ad ihm̄ publicani. et rlq;
Uerbũ dī mediante anima
carnẽ suscipiens. celsitudinẽ suã
ita nr̄ę infirmitati contẽperauit.
ut n̄ solũ p nob homo fieret. uerũ
etiã humilis homo; Et reuera sic
poscebat ordo diuinę dispositionis.
ut lenissima mansuetudine colli
geret. quos diabolus tirannica
feritate dispserit. naturale est
eni homines mansuetudine colligi.
ferocitate dispgi; nec multũ pderet
nob humanitas assumpta. nisi se
nr̄is infirmitatib; coaptasset;
Itaq; redẽptor nr̄ p peccatoribus
suã p̄sentiã exhibere dignatus.
lapsis quib;q; et peccatoy mole
grauatis. pie occurrebat. et mi
sericordit concurrebat; Occur
rebat eis. ut ipso inspirante peni
tentiã agere uellent. concurre
bat eis ut ipso adiuuante agere pos
sent; Inuitans eẽs non solũ uerbis.
uerũ etiã opib;; uerbis eos inuitabat.
cũ apte clamaret; uenite qui labo
ratis. et rlq; Operib; eos inuitabat.
cũ sc̄dm p̄sentis lectionis auctori
tatẽ. eos non solũ ad conloquendũ
suscipet. uerũ etiã ad conuescen
dũ; qui eni uenerat polluta mun
dare. n̄ timebat humanis sordib;
coinquinari; Erat eni sol mundissi
mus. cuius tanta ẽ uirtus ac digni
tas. ut cũ omã lustret. ipse nullã
sordẽ contrahere ualeat. sed omñ
decoquere et exsiccare; Sed infirmi
oculis scribarũ et phariseoy. splen
dorẽ huius solis ferre n̄ ualentes.
cũ essent languidi medicũ de salute
rep̄hendebant dicentes; quia hic
peccatores recipit. et cetera; In
quib; uerbis. morale aliquid aduer
tere possumus; nã sc̄dm sensũ beati
gregorii. uera iusticia cõ passio
nẽ habet. falsa iusticia dedigna
tionẽ; qui eni uere iusti. pecca
tores non despiciunt sed suscipiunt;

non repellunt, sed ad paenitentiam
compellunt; non abhominantur, sed ex-
hortantur. Adeo ut in litteris sanctorum
patrum inveniamus quosdam qui in
tantum caritate se peccatoribus submiserint,
ut non solum vicia eorum pariter condole-
rent, sed etiam pariter paeniterent.
Illi nimirum dominicum mandatum imple-
verunt dicentis: Maiorem hac dilectionem
et reliqua. At contra hi qui de falsa iusti-
cia gloriantur, nulla compassione mi-
sericordiae peccantibus condescen-
dunt, et per hoc se iustos apparere exis-
timant, si peccantibus insultent,
si vicia eorum in publicum vocent, si per-
sonas eorum et nomina publice deho-
nestent. Faciunt hoc non amore
disciplinae, sed tumore superbiae;
quia sanctitatem suam non ex regula iusti-
ciae considerant, sed ex comparatione
aliorum merita metiuntur. Nam et sancti
peccatoribus indignantur, sed in ipsa
indignatione virtutem humilitatis
custodiunt, quia hoc in se humiliter
considerant, quod in aliis disciplina-
biliter damnant. Sed in coercendis
viciis hanc discretionem tenere
debemus, ut sciamus quia viciis qui-
dem debemus districtionem, naturis
vero compassionem. Pharisei ergo de
falsa iusticia tumebant, ideoque
dominum quod peccatores reciperet tu-
mido animo reprehendebant dicen-
tes: Quia hic peccatores recipit,
et cetera. Sed benignus medicus
languorem suum eis ostendere volens,
parabolam convenientem proposuit

quae et praesens negocium explicaret, et
ad ipsum dominum proprie pertineret. Ait
enim: Quis est homo, et cetera. Homo
iste per significationem dominus omnipotens intelli-
gitur, qui centum oves habuit, quia
ad cognoscendum se duas naturas
condidit, rationalem et intellectualem,
id est humanam et angelicam. Tunc cente-
sima ovis periit, quando homo per sua-
sionem serpentis inlectus, iucunda
paradisi pascua amisit. Sed centesi-
ma ove perdita, bonus pastor XC. VIIII.
in deserto dereliquit, quia illos
summos ordines angelorum in caelestibus
dimisit. Reliquisse autem eos dicitur
non per praesentiam, quia ubique praesens est, sed
in sua eos stabilitate immutabiliter
custodiendo, ut ulterius a gratia
sui creatoris nec velint nec possint
cadere, in cuius contemplatione ele-
gerunt permanere. Caelum autem desertum
dicitur non propter solitudinem, sed propter
hominis abiectionem; desertum quippe
derelictum dicimus. Et homo tunc caelum
deseruit, quando peccati sui meri-
to caelestem beatitudinem amisit. Sed
angelis persistentibus in sua stabilitate,
ut rationalis numerus compleretur
in caelo, homo perditus quaerebatur in
terra. Et cum invenerit, et reliqua.
Inventam ovem bonus pastor in hume-
ris suis imposuit, quia redemptor noster
exinaniens semetipsum formam servi
accipiens, infirmitatem nostram ipse
suscepit, et peccata nostra ipse porta-
vit, non peccata quidem faciendo,
sed peccatum humani generis in se

ricorditer auferendo. Dum autem bonus pastor humeris suis ouem portatam imposuisse dicitur. ipsa species dominice crucis comendatur. quia sicut in euangelio legimus egressus a conspectu presidis. ipse sibi usque ad locum supplicii crucem propriis humeris deportauit. Et ueniens domum et cetera. Pastor noster dominus ihesus christus repta oue domum redit. quia consumata salute humani generis per ministerium ascensionis ad celestia remeauit. Ibi inuenit amicos et uicinos. idest illos summos angelorum choros. qui amici illius dicuntur. quia uoluntatem illius iugiter in sua stabilitate custodiunt. Uicini uero uocantur. quia diuinitatem illius quam maxime contemplantur. Notandum autem quia non dicit. congratulamini inuente oui. sed mihi. salus autem nostra gaudium est christi. Et cum nos ad societatem angelorum reducimur. plenitudinem gaudii illius implemus. Dico autem uobis. et cetera. Mouet quorundam animos cur maius gaudium dicatur esse in celo de conuersis peccatoribus. quam de stantibus iustis. sed huius questionis scrupulus citius eluctatur. si cotidiane conuersationis modus et norma pensatur. Sunt enim nonnulli quos quia grauioris peccati conscientia nulla remordet. non magnopere se ad arripiendas uias sanctitatis extendunt. Dat eis securitatem preterite uite mundicia. et quanto a grauioribus peccatis inmunes sunt. tanto magis a feruore sanctitatis tepescunt. Quos sermo diuinus pro hoc tepidos siccat.

quia nec aperta uicia eos frigidos faciunt. nec uirtutes indiscretam feruidos reddunt. At contra sanctis aliquos peccatricis uite conscientia ad humilitatem prouocat. peccatorum grauium memoria ad penitentiam reducit. Et quanto se grauius deliquisse cognoscunt. tanto fortius sibi pondus penitentie imponunt. Ita fit ut breui satisfactionis compendio. non solum ueniam uerum etiam gratiam mereantur. quorum penitentia iure quorundam pigritie preponitur. quia et ea terra gratior est que post spinas et tribulos fertilem messem exuberat. et ea salus carius possidetur que post molestiam egritudinis uires reformat. Preterea sunt quidam iusti. in quorum uita tanta probitas eminet. ut nulla penitentia peccatorum possit eis conferri. ne dum etiam preferri. qui omni genere satisfactionis submiserunt se. ac si nullum sit facinus quod ipsi non admiserint. Legentes enim in euangelio scriptum. beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. non minus deflent peccata cogitationum. quam alii peccata operum. nec plus alios affligit timor supplicii. quam istos macerat desiderium regni. In istorum consideratione perpendendum est. quantum faciat in celo gaudium beata conuersatio iustorum. si tantum parit gaudium conuersio peccatorum. Aut que mulier. et cetera. duas similitudines unoter... dicere. qui enim superius per... ipse signat inferius per m...

xp̄s uidelicet qui ē dī uirtus et dī
sapientia. Hęc mulier ergo decem
dragmas habuit· quia diuina sapi
entia ad se laudandū duas naturas
condidit. rationalē et intellectualē;
Auctoritate enī sacri eloquii· nouē
dicim⁹ ēē ordines angłoꝝ; Et ut ratio-
nalis cōpleret̄ in celo numerus·
decimo ordine homo ē creatus;
Tunc uero mulier dragmā pdidit·
quando homo in paradiso positus·
a similitudine sui conditoris peccan
do recessit; In dragma siquidē· imago
exprimit̄; Et homo ad imaginē dī
formatꝰ; decima ergo dragma tunc
periit· quando homo ad imaginē dī
conditus· cū esset in honore diuinę
imaginis· n̄ intellexit immo offen
dit neglegendo diuinitatē suę con
ditionis; Et ideo cōparatus est iumē
tis insipientib;· et cetera; Sed pditio
nē decimę dragmę clementissima mulier non
paruipendit· quin potius lucernā
accendit et domū euertit: Lucernā
accendit· quia humanitatē assum
ptā ex nob̄ et p nob̄· uirtute diuini-
tatis impleuit; Lucerna quippe·
lumen est in testa; Et quasi lum̄ in testa
posuit· cū in assumpto homine ple
nitudinē diuinitatis collocauit;
Unde scriptū ē; Uidimus gł̄am eius
gł̄am quasi unigeniti a patre· et cet̄;
Uel certe lucernā accendit· quia
[hu]manitatē suā miraculis coruscam
[...]lidit. Accensa autē lucerna·
euertit; domus in hoc loco·
intelligendus ē; accensa
ergo lucerna sequit̄ euersio domus·
quia postquā xp̄s miraculis claruit·
ptinus omis humana conscientia ad
penitentiā se concussit; postquā autē
domus euersa ē· dragma repperit̄·
quia postquā ad penitentiā cōmouet̄
conscientia hominis· reformat̄ in eo
similitudo conditoris; Et conuocat
amicas et uicinas; amicę et uicinę
eo modo intelligendę sunt· quo et
supius· ille scilicet summę angelicę po
testates; quę amicę illius dicunt̄· ppt̄
uoluntatis expletionē· uicinę etiam·
ppt̄ assiduā contēplationē; Ita dico
uirtutes que super dominum requieuisse leguntur: omnia dona spiritalia super eum perfecte requieuisse intelleguntur. Ita et per eundem numerum quo septem uirtutes presentis decurrit: designatur perfectio uniuscuiusque rei de qua agitur. Non est autem putandum: quod idem spiritus sanctus diuersus sit iuxta differentias nominum: sed quod unus atque idem fons sit cunctarum uirtutum atque principium. Absque spiritu sancto namque qui uerus est deus: nec sapiens quis esse potest. nec intelligens. nec consiliarius. nec fortis. nec eruditus: plenusque timore domini. Porro non ordeaceis sicut illi quinque fuisse produntur. de quibus quinque milia hominum sunt saciata: Ne nouum testamentum tegmine littere uelatum quemadmodum uetus putaretur. Et precepit turbe discumbere super terram. Alibi in sepedicto quinque panum conuiuio supra fenum: hic uero super terram discubuisse tradantur. Eo scilicet sacramento: quia uetus lex calcare desideria carnalia precipit: que designantur per fenum. dicit enim lex: Non concupisces rem proximi tui. Euangelium uero ipsam etiam terram et ipsas terrenas facultates iubet postponere. unde et cuidam dicitur. Uende omnia que habes et da pauperibus. Et accipiens septem panes et cetera. Fractio panum apertionem significat sacramentorum celestium. Quod uero acceptis panibus gratias egit: patenter innuit quantum ipse de nostro profectu gaudeat. simulque ad agendas semper deo gratias nos informat. cum

uel terreno pane corpora reficimus: uel cum celesti sacramento. corporis uidelicet et sanguinis Christi animas spiritaliter reparamus. Quod quoque accipiens panes fregit dedit discipulis suis ut ipsi eos turbis distribuerent: hoc designat quod primum apostolis spiritalis doctrine secreta patefacere uoluit: ut ipsi deinceps superne scientie cibaria cunctis orbe gentibus dispensarent. Cum enim ait ipse dominus: nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare: panem uite ipse nobis aperiendum monstrauit. ad cuius interiora cernenda per nosmet ipsos penetrare nequimus. Cui contra propheta famem miserabilem quorundam deplorans dicebat. paruuli petierunt panem. et non erat qui frangeret eis. Tamquam diceret. Indocti quesierunt pabulum uerbi dei quo ad uirtutem bone operationis conualescerent: sed magistris deficientibus non erat qui eis secreta scripture aperiret. et eos ad uiam ueritatis instrueret. Et habebant pisciculos paucos. et cetera. Notandum quod hic non duo pisces fuisse scribuntur sicut in alio euangelio sub significatione ueteris legis ubi duo soli ungebantur. rex uidelicet et sacerdos. sed paucitam pisces commemorantur. per quos designantur hi. qui primi Christo domino crediderunt: qui uel ipsam scripturam noui testamenti condiderunt: uel quorum ipsa scriptura uitam et passiones narrat. qui nobis suo exemplo celestem sacietatem prebuerunt. Et manducauerunt.

et saturati sunt; Comedunt de panib;
ac piscib; dni et saturant. qui per
uerbu di qd audiunt. et exempla pa
tru que inspiciunt. ad pfectu uite
melioris inardescunt; de quib; et
psalmista; Edent inquit pauperes.
et cetera; qd est aptedicere; audient
humiles uerbu di et facient. et ad
laudem non sua sed conditoris cun
ctaque bene gerunt referent. un
de ad eterne pane uite saturati
peruenient; Quo contra tardis au
ditorib; ppheta obloquit; Come
distis et non estis saturati; Come
dit naq; epulas mense uitalis sed n
saturatur. qui uerba quide scrip
turaru didicit. iustoru exempla
cognouit. nec tam in uentre me-
morie aliquid comendauit. un
de uita sua mutaret moresq;
corrigeret; Et sustulerunt
septe sportas; septe sportarum
numero. corda scoru intelligun
tur. qui p donu sci sps potioris scien
tie carismatib; replent; quoru
significationi rectissime con-
gruit. qd sporte ex iuncis et pal
maru foliis contexunt; Iuncus
quippe qui sup aquas nascit. ui-
rorem fidei scoru designat. qui
ne ab amore diuino arescant.
in fonte uite id est xpo stabiliunt;
palma uero que uictrice manu
exornat. eosdem nihilominus
significat scos. celestis retribu
tionis premia prestolantes;
p fragmenta uero que rudis
turba capere n potuit. altiora
mandata siue exhortamta uel con
silia figurant; que generalis populi
uniuersitas nequit copphendere.
quale e illud qd iu de contemptu scli
pmisim. uende omia que habes. et c;
Et de uirginitate seruanda. qui
potest cape capiat; que fragmta
pfectiores quiq; debent recondere
sibi. ut hec congruenti tepore ad
incrementu alioru utilit ualeant
subministrare; Et bene turba qua uis
reliquias dominici prandii capere
n potuerit. manducasse tam et sa
turata ee dicit; quia illi qui inpfec
tiores st in obseruandis di mandatis.
et omia sua relinquere n ualent nec
in uirginitate pmanere. et reliqua
maiora pcepta explere. tam in ius
ticia pmanere festinantes. satu
rant cu audiendo mandata legis
di. ad uita perueniunt sempiterna;
Erant aute qui manducauerunt
quasi iiii milia. et dimisit eos;
Recte numerus conuiuantiu iiii
miliu fuisse narrat; quo numero
noui testamenti heredes uidentur
expssi. qui cotidie doctrina quatuor
euangelistaru pascunt et saginan
tur interius; Na et millenarius nu
merus que constat ee pfectissimu.
hunc electoru significationi aptissi
me congruit; qui etia numerus p eo
qd in nota sui nominis uirgula sup
iacente tanqua loco corone accipit
spe celestis remunerationis qua euan
gelii obseruatores expectant. non

inrationabiliter uidetur exprimere;

EBDOM. UIIII · PST · LECTIO
SCI EUG · SCDM MATHEUM

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis;
Adtendite a falsis prophetis qui
ueniunt ad uos in uestimentis ouium.
intrinsecus autem sunt lupi rapaces;
et reliqua; Instruens dominus discipu
los suos. immo per eos omnes electos qui
futuri erant in ecclesia. quemadmodum
inter malos christianos et falsos doc
tores conuersari deberent. et
quomodo fallaces eorum deceptiones
euitare possent. dicit eis; Adten
dite a falsis prophetis. hoc est. cauete
a falsis doctoribus et falsis christianis;
Adtendite diligentius. obseruate
cautius. ut non seducamini. ut
non circumueniamini. ut non fallami
ni; Adtendite hoc est considerate.
quia non sunt oues sed lupi. in uestimentis
ouium; Fuerunt namque in ueteri tes-
tamento ueri prophete. fuerunt et
falsi; Similiter et in nouo testa-
mento extiterunt ueri apostoli.
et falsi; nunc etiam in presenti ecclesia.
sunt ueri doctores et falsi; simili
ter etiam ueri christiani et falsi. de
quibus apostolus dicit; Uidentur nosse
deum. factis autem negant; Ab his
igitur falsis doctoribus et falsis christi-
anis. precipit dominus magnopere
adtendendum hoc est cauendum
et obseruandum dicens; Adtendi-
te a falsis prophetis. et cetera.
huiuscemodi enim falsi prophete.
cupientes animas innocentium
subuertere. et secum in perditionem mi-
serabiliter deducere. Assumunt ues
timenta ouium idest similitudinem
viii spiritalis doctrine. et speciem caste
religionis; Intrinsecus autem sunt xi.
lupi rapaces. hoc est. ferinum animum
ac bestialem mentes habentes. per
dulces sermones et blandos. sedu-
cunt corda innocentium; possunt
quoque hec dicta saluatoris generaliter
de omnibus intellegi. qui aliud agunt
opere. atque aliud gerunt corde;
Significantius uero de hereticis
sunt accipienda. qui uocabulo
falsorum prophetarum nuncupantur;
Qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium; Ouium nomine intelligun
tur. electi. iusti. simplices et inno-
centes. quia imitantur caput suum
christum. de quo scriptum est; tanquam
ouis ad occisionem ducetur; de quibus
et saluator alibi loquitur; Oues
mee uocem meam audiunt; uestimenta xii.
uero harum ouium. sunt opera bona-
rum uirtutum. castitas uidelicet.
misericordia. elemosina. ieiunium.
uigilie. abstinentia. et cetera his
similia quibus ornatur anima. quem
admodum corpus uariis decoratur
ornamentis; de quibus diuinis operibus.
diuina dicit scriptura; beatus qui
custodit uestimenta sua. ne nudus
ambulet; hec uestimenta bonarum
actionum usurpant sibi falsi docto-
res et mali catholici. cum sub figu-
ra religiositatis bona operantur.
sicut electi et iusti. Sicut enim

fir. i.

lupus si sub ouina pelle int' gre-
ges ouiū latere posset: eas dem
oues liberius morsib; dilaniaret.
sic et in p̄senti eccl̄a. falsi catholici
sub nomine xp̄ianitatis fictū ac
simulatū animū gerentes: inter elec
tos conuersant': et ut eos sua praua
doctrina uel malo exemplo corrū
pere possint: eadē opa agere labo
rant. que a bonis catholicis agi con
tēplant'; Ieiunant enī isti: ieiunant
et illi; largiunt' illi elemosinas:
largiuntur et ipsi; uigilant illi:
uigilant et isti; sed quā uis similia
eadēq; opa agant que et electi:
cauendi tamen s' quia sub nomine
xp̄ianitatis. uerbo male psuasionis.
siue exemplo praue conuersatio-
nis animos simplicū fratrū a uia
rectitudinis deuiare nitunt'; un-
de et lupi rapaces a dn̄o appellant':
quia sine misc̄dia animos innocentū
seducere: et ad interitū pducere
laborant; Unde aut̄ falsi pphete
et falsi xp̄iani dinosci possint: de
monstrat dn̄s dicens; A fructib;
eoꝝ: et cetera; ac si diceret; nolite
ad uultū adtendere: sed fructus
id ē opa considerate. inspicientes
figurā fallacię; qui uero sint fru
ctus quib; boni mali ue dinoscunt':
paulus ap̄ts ostendit cū dic̄; mani
festa s' opa carnis: fornicatio. in-
mundicia. luxuria: et his similia;
fructus uero sp̄s est: caritas. gau
diū. pax. bonitas. mansuetudo:
et cetera hui' modi; p hos nimirū

fructus: unūquēq; hominē facile
cognoscere possum'; Nūquid col
ligunt de spinis uuas: et cetera;
manifeste hac similitudine decla
rat': quia sicut nemo prudentū ad
spinas pgens. uuarū exinde dulcedi-
nē querit: aut in tribulis ficorum
suauitatē se putat posse repperire:
ita nullus sapientū. in hereticis et
irreligiosis uiris uel infidelib;: fra
glantiam scītatis aut dulcedinē
ueritatis poterit inuenire; quem
admodū enī spine et tribuli omā q-
carpe poss' retinent et scindunt:
ita omīs heretici omsq; iniq': cunc
tos quos de societate electoꝝ rape
poss': lacerant et diripiunt: suisq;
inquinationib; cōmaculant. et pra-
ue conuersationis aculeis stimu-
lando cōfodiunt; Sp̄ialit' uero p
spinas et tribulos. curas supfluas
huius sc̄li et punctiones uicioꝝ ac-
cipe possumus: que mentes hominū
ad se rapientes. assiduis meditatio-
nib; atter' et affligunt; Unde p̄mo
homini: dictū ē; terra tua spinas
et tribulos germinabit tibi. id ē
conscientia tua punctiones uicio-
rū generabit tibi; p uuā uero:
feruorē diuine dilectionis: et p
ficū: nihilominus noue c̄uersatio-
nis dulcedinē oportet intell' gi;
Sicut igit' de spinis non colligunt
homines uuas: neq; de tribulis fi-
cus: sic qui in uetustate peccati
manet: hoc ē qui ueteris hominis
adę. uicia imitat': fructus noui

hominis ferre n ualet qui dixit.
ego sum uitis uera; Nec potest in se ha-
bere feruorē diuinę dilectionis.
neq; dulcedinē nouę conuersationis;
Sicomis arbor bona et cet; Arbores
hic nominans dns. n arbores in terra
fixas significat. sed arboris nomine
ipse homo significat. quippe a uolun
tate siue bonū siue malū fructū p-
fert; fructus uero. opa ipsius ho
minis; testat ergo. quia non potest
malus homo bona opari. nec bonus
mala. Cui rationi contraire uidet. 110
qd bona arbor dauid fructū malū
fecit. quando homicidiū et adul
teriū patrauit. bona quoq; arbor
erat petrus. pessimū tam fructū fec.
quando xpm negauit; Itē e diuerso
malę arbores. latro uidelicet et
achior fructus, ut illi mos reddider.
cū alter eorū mors salubre c silium
ctulit. alt corā assiriis di potentiā
pdicauit; Si ergo dauid et petrus
bonę arbores fructus malos fecer.
et latro atq; achior q utiq; malę
arbores erant fructus bonos tule
r. quomodo uerū ē qd dns dic. non
potest arbor bona fructus malos
facere. neq; arbor mala fructus
bonos facere. Quę ratio sic ē intel.
legenda. ut primū mutet homo
ac deinde opus illius; n eni dixit
dns. n potest malus conuerti et
effici bonus. sed dixit. non potest
arbor mala fructus bonos facere.
hoc ē. quandiu malus ē homo. non
potest fructus bonos facere; uerbi grā;

fornicator quandiu fornicat. fru-
ctū castitatis n potest afferre; Econ-
tra. mundus. castus. quandiu caste
et munde uiuit. a fructu inmundicię
alienus manet; Ut eni beatus ābrosius
de hoc loquens dic. nemo manens in
id qd fuit. incipit ēē qd non dū cepit.
Id est. si manet homo in eo qd malus ē.
bona opa habere n potest; Et si manet
in eo qd bonus ē. mala opa ferre n
potest. Solent tam et repbi in sua
malicia pmanentes. electorū opera
anteferre. quę tam n deputant eorū
ēē a quib; simulate gerunt; Nā et
uitē licet cū uua sup spinas sepiū fre-
quent recubare uideam. n tam ea-
rundē uuarū dulcedinē. spinarū
aculeis deputam; quāuis eni uideat
spina uuā ferre ac sustinere. tam
n de radice spinarū nascit uua; quē
admodū ergo si uuā de spinis colligere
uelis. necesse ē ut uuā carpas et spinā
caueas. ita oportet ut bonū opus
qd in homine cernis apphendas. et
ne ab illo decipiaris sollicite caueas;
Alio sensu. p arborē bonā uel malā.
intelligitur uoluntas scā uel iniqua;
p fructus autē ut dictū ē. opa. quę
nec mala poss ēē si bona uoluntas
fuerit. nec bona si mala intentio
adsit. Omnis arbor q n fac fructū
bonū. et cetera. hoc et ab hominib;
fit. ut nullus prudentiū arborē
fructiferā excidat et in ignē mittat.
sed infructuosas et spinosas excidunt
et in ignē mittunt; Sic et ipse omniū
cognitor dns. n bonos et benignos

hominesetbonū fructū opantes
abscidit abhac uita et inignē mit
tit ęternū; sedmalos etiniquos atq;
inutiles quiabomi ope bono ociosi
sunt; Etnotandū quia nait simplicit;
omis arbor quenfacit fructū absci
det; sedaddidit bonū; multe arbo-
·q dē res fructū ferunt; sedmalū etin nō
utile; Sic etmulti homines; malū
fructū iniquitatis affer; ideode-
monstrat dns; quia omis arbor
quenfacit fructū bonū. et cetera;
Omis arbor id ē omis homo siuerex
siueprinceps. siuediues. siuepauper.
siueseruus siue liber. siue iunior
siuesenior; quihicboni opis fruc
tū ferreneglexerit; excidet abhac
uita pmortē corporis; etmittet
inignē ęternę concremationis;
nonutligni more ardeat etdefi
ciat; sedinignē illū mittet dequo
dns impiis dicturū sepollicet; ite
maledicti inignē ęternū. etcetera;
Idcirco autē nos dns instruens per
parabolā arborū istaomia docet;
ut nos abiniquis operariis etmente
etcorpore segregemus; dequib;
adhuc subdit; Igitur exfructib;
eorū cognoscetis eos; tanquā dicat
dns; habeteprudentiā habete
intellegentiā; ut fructus hoc ē
opa malorū hominū cōsiderantes;
separetis uos abeis; neinęternū sup
pliciū cū illis inuoluamini; quorū
consortiū inpsenti uita effugere
neglexistis; Nonomis quidicit
mihi dnē dnē. etcet; id ē. nonqui

uerbo tantū dm inuocat; sedqui
cordeoreetope illū confitet; ille
intrabit inregnū celorū; ille uide-
licet qui etuoce xpm cfitet; etope
imitat; hec eni duo ualde necessa-
ria scunctis fidelib;; ut fiderectā
habeant etopabona exhibeant;
quia sicut sinefide impossibile est
placeredō; itafides nisi habeat opa
mortua ē insemetipsa; Quieni dic se sic
inxpō manere; debet ille ābulauit
etipse ambulare; Uerbigrā; xps
homo int homines conuersans; ma-
lū pmalo nreddidit; pinimicis exo-
rauit; diuitias huius sctī nquesiuit;
paupem uitā elegit; caritatē etuer
bo etexemplo habendā docuit; uer
bo scilicet cūdiscipulis dixit. hec
mando uob; utdiligatis inuicem;
Exemplo uero; cūpredēptione gene
ris humani morti setradidit; quicūq;
ergo fidē xpi quā habent hisatq; simi
lib; exornant opib;; hitales pcul du-
bio puenient aduisionē ęternę beati-
tudinis; Sequit; sedquifacit uolunta
tē patris mei etcet; Adtendant desi-
des pigri etneglegentes hecuerba
saluatoris; quiinhoc sesaluari pu-
tant qd xpiani uident; etiam opa
xpi imitari dissimulant; Qui enim
xpianitatis nomin seretinet; quis
sit autcuius sit. opib; demonstrare
debet; Nonigit nos adiuuat adsalu
tē qd inuocamus dnm; nisi intimore
quoq; seruiam illi; nisi mandata eius
alacrit impleam; nisiomēm inmun
diciā omēmq; iniquitatē atq; impie-

tatē deponentes· castos atq; inmacu
latos nosmetipsos sollicitiu custodiam;
Hoc itaq; modo uoluntatē dī patris fa
cientes· merebim intrare in regnū
celoꝝ cū audierim; uenite benedicti·
et cet; Sed queri potest quomodo huic
assertioni dnicę· cueniat hoc qd paulꝰ
apls dic quia omis quicūq; inuocauerit
nom dni saluus erit; Itēq;· nemo potest dicere
dns ihs· nisi in spū sco; quib; in locis
inuocare et dicere· n̄ ē simpliciter acci
piendū· sed iuxta morē scripturarū
dicta ibi p factis intelliguntur; Ut sit
sensus; Nemo potest imitari dnm
ihm· nisi in spū sco; pari modo illud
quoq; qd dictū ē quicūq; inuocauerit
nom dni saluus erit· teneri oportet;
Neq; enī omis qui simpliciter nom dni
inuocauerit saluus erit· sed qui inuo
cauerit corde ore et ope· id ē q opa
inuocationi cgrua fecerit· ipse sa
lutē etnā optinebit; EBDOM

X POST PENT. LECTIO
SCI EUG· SCDM LUCAM·

IN illo tēp·: Dixit ihc discipulis s
parabolā hanc; Homo quidā erat
diues qui habebat uillicū· et hic dif
famatus est apud illū quasi dissipas
set bona ipsius; et reliqua; Scribis
et pharisęis qui n̄ minus auari erant
quā supbi· doctrinā saluatoris
tumida irrisione despuentib;· hanc
dns parabolā in mediū ptulit· quā
et tenaces contēptores confunde
ret· et discipulos ad clementiā
hortaret; Homo inquit erat di
ues qui habebat uillicū· siue dispen
sator ē· qd grece· eco nomos dicit;
Uillicus aut ē pprię a uill ę gubr
natione uocat. At economus·
tā pecunię quā frugū· et omium
quę dns possidet· gubernator est;
Quā parabolā doctores nri diuersā
explanatione uariant· sed eoꝝ
sensus in conspectu ueritatis sibi
unione concordant; Homo iste IX.
diues iuxta theophylū qui fuit
antiochenę ecclę septimus post
petrū eps· quiq; quatuor euan
gelioꝝ dicta in unū opus copegit·
omps ds intellegit quo nihil est
ditius; Huius uillicus uel dispen
sator paulus apls fuit· qui ad
pedes gamalihel sacras litteras
didicit· et legē dī dispensandā
suscepit· ut pote qui ex pharisęis
doctorib; scilicet iudeoꝝ unus
erat; hic diffamatus est apud
dnm suū quasi dissipasset bona
ipsius· dicente anania; dnē au
diui a multis de uiro hoc· quanta
VIIII. mala scīs tuis fecerit in hierusalē.
et cet; Cū ergo scōs dī ligare cę
pisset et occidere· et omē sub
stantiā dni sui dissipare· incre
pitus est a dnō dicente; saule·
saule· quid me psequeris· et cet;
Eiectus ergo de uilicatu· dixit
intra se; quid faciā quia magister
fui· et nunc cogor esse discipu
lus aptoꝝ· fodere n̄ ualeo: quasi
diceret; Omā mandata quę terrę
incubabant· quia terrena intel
ligentia seruabant· adueniente

XV.

xpō cernoēē destructa; Mendica-
re erubesco; Ut qui doctor fuerā
iudeoꝝ; cōpellar modo ab anania
fidei mendicare doctrinā; Scio
quid faciā; Faciā inquit; qđ mihi
utile ēē cognosco; Ut postquā a ui-
licatione mea submotus fuero;
recipiant me xpīani in domos suas;
Cepitq; eis qui prius uersabant in
lege. et postea in xpm̄ cepant cre-
dere dicere; legē iā ēē abolitā;
pphetas pterisse; et quę ante ap-
lucro fuerant; reputare ut ster
cora; Conuocatis itaq; singulis
debitorib; dni sui; et cet. primus
debitor qui debebat centū cados
olei; gentiū populus est. q magna
misericordia dī indigebat. quę
p oleū figurat; quē paulus aptś
ad fidē uocauit; et de centenario
numero qui plenus est atq; pfectus;
fecit scribere quinquagenariū;
hoc ē; pdicauit ei penitentiā et re-
missionē peccatoꝝ; quę quinqua-
genario numero exprimuntur;
Scđs autē debitor qui debebat
centū choros tritici; populus est
iudaicus; qui tritico mandatorū
dī nutritus fuit; quē etiā paulus
aptś coegit. ut de centū; octo-
ginta scriberet; id ē; transiens
de sabbato ad primā sabbati cre
deret in resurrectionē xpī; quę
octaui diei numero continetur;
Si autē quęrit; cur paulus uilicus
iniquitatis uocet; sciendū ē. quia
in lege quidē dī uilicus erat iniquus;
mihi dne dne; et cet; id ē. non qui

quia bene quidē offerebat; sed non
recte diuidebat; Credens in patrem.
sed filiū psequens; prudentior itaq;
fuit paulus. legē transgrediendo. et
ad euangeliū transeundo; filiis qn-
dā lucis id ē pharisęis; qui in lege car-
nalit uersati; xpm̄ qui dī patris lu-
men ē pdiderū; hęc pfatus theophil?
ñ contēpnendo sensū de hac parabo-
la sensit; Uerū quia sermo dī marga
ritū ē pciosissimū qđ ex omi parte
forari potest; ñ absre ē; si adhuc
aliquid in hac eadē mysticū specu-
lem; Homo igit iste diues; p signi fi-
catione spiritalē ut pfati sumus; dš
omps intelligit quo nihil ē ditius;
Cuius uilici nos sumus; qui eius substan
tiā fidelit dispensandā accepimus;
qđ enī subsistimus. qđ uiuimus. qđ
memoriā habem; qđ alacri ingenio
ceteras creaturas excellimus; donū
dī est. eius nob substantia ad custo-
diendū cōmissa; nullus nrm ē; qui
dī substantiā ad erogandū aliis in
psenti ñ accipiat; quasi recte et
iuste in hac uita administrare ñ
curauerim; tīmdū ualde ne illud
audire ctingat; serue nequā quare
ñ dedisti pecuniā ad mensam; et ego
ueniens cū usuris utiq; exegissem
illā; et cetera quę secunt; Et hic
diffamatus est; et cet; Constat et
incunctant uerū ē; qđ unusquisq;
nrm ad sui tutelā et custodiā; an-
gelū habet a dō specialit destinatū;
testante dnō de paruulis id ē humi-
lib; quia angeli eoꝝ semp uident
dicia omemq; iniquitate atq; impi-

faciem patris; Et cuncta que uel
bene uel inique gerim̃· die noctuq;
ab eis denris custodib;· diuinis con
spectib; nunciat̃; Unde et tobie·
Angelus loq̃t̃; Cũ orares· ego erã
offerens dnõ p̃cestuas; tunc itaq;
dĩ substantiã dissipasse diffamamur·
cũ motus uel affectus animi uel cor
poris nr̃i· ñ bene regere corã dõ· p̃
dentib; angelis accusam̃: post dissi
patã uero substantiã ad dnõ uocam̃·
cũ post uitã peccatricẽ p̃ infirmitatis
molestiã ad lectũ uel ad mortẽ p̃
trahim̃· et de singulis opũ nr̃orũ
actib;· rationẽ reddendo discutim̃;
quib; et dicit̃; Redde rationẽ uilica
tionis tue; qđ est aperte dicere; ablata
facultate uiuendi· facultas etiam
peccandi nob adimit̃; Ait aut̃ uilicus
et cet̃; qđ iste uilicus ad rationẽ red
dendã uocatus dixit· quid faciã et cet̃·
dat̃ nob intellegi· quia quandiu in
hoc sc̃lo sum̃· et bona dĩ ad custodiendũ
nob cõmissa s̃· habem̃ facultatẽ op̃andi
bonũ siue malũ; postquã autẽ ab hac
uita subtracti fuerim̃· iã ñ erit nob
facultas op̃andi bonũ siue malũ; Unde
iste uilicus de uilicatu eiectus· dic̃·
fodere ñ ualeo; post mortẽ quippe
fodere ñ ualem̃· qui aliq̃o ne necessa
rie cõpunctionis· cor nr̃m p̃scrutari
ñ poterim̃· nec dignos penitentie
fructus facere; illud naq; tẽpus ñ est
aptũ penitentie· sed retributionis
bonoꝝ siue maloꝝ opũ; Unde scriptã
dic̃; In inferno· nemo confitebit̃ dnõ;
In hoc uero qđ iste uilicus dixit· scio

quid faciã· hoc ẽ· dũ licet studebo
mihi congregare amicos ex substantia
dnĩ mei· qui me recipiant in domos
suas postquã amisero uilicationẽ·
demonstrat̃ nob quia omni tẽpore
quo in hac uita manem̃· debem̃ amicos
adquirere pauperes uidelicet·
a quib; in et̃na tabernacula recipi
ualeam̃; pauperes naq; nos s̃ recepturi·
quando xp̃s· recepturus qui dicit;
quandiu fecistis uni de his minimis
meis· mihi fecistis; Mendicare eru
besco; m̃dicare c̃fusionis ẽ· illo ma
xime genere pessimo mendicandi·
quo fatue uirgines mendicasse le
gunt̃ in eug̃lo; de quo et salomon
p̃pt̃ frigus piger arare noluit·
mendicabit ergo estate et ñ dabit̃ ei;
Ille etenĩ qui ob desidiã in dĩ seruitio
hic desudare neglegit· mendicabit
estate id ẽ in die iudicii· et ñ dabit̃
ei subaudis uita et̃na; Ibi utiq; men
dicare erubescim̃· quia remediũ
et tẽpus impetrande salutis non
inueniem̃; Conuocatis itaq; sin
gulis debitorib; dnĩ sui· et cetera·
usq;· centũ choros tritici; Chadus
grece amfora ẽ· c̃tinens urnas· id ẽ
modios· iii; Chorus uero· xxx· mo
dioꝝ capax ee p̃hibet̃; In hoc aut̃
uilico ñ omã moralit̃ ad nos con
uertere possumus· quia nec illũ
in omĩb; imitari debem̃; neq; enĩ
dũ illũ suo dnõ fraudẽ fecisse legim̃·
nos quoq; t dõ omp̃ti· uel tẽporalib;
dominis· dãpnũ inferre debem̃;
sed hec· sicut et ñ nulle alie simili...

tudines. per contrarietatem sensus est accipienda; Ut uidelicet subtiliter perpendamus. quia si is qui fraudem domino suo intulit ab eo laudari potuit quod aduersus quidem dominum suum fraudulenter egerit. sed utiliter in futurum sibi prospexerit. multo ampliore laude et remuneratione digni erimus. si ea quae a deo nobis committuntur fideliter dispensantes. non de fraude sed de iustis laboribus elemosinas fecerimus. et in eos qui nobis crediti sunt. clementes ac misericordes apparuerimus; Quod uero uilicus conuocatis debitoribus domini sui. de centum cadis olei fecit scribi .l. et de .c. choris tritici .lxxx. hoc significat quod elemosinae christianorum supergredi debent misericordiam scribarum et phariseorum; quia enim iudei bonorum suorum tantum decimas deo tribuebant. dignum profecto est. ut hi qui christianitatis censentur uocabulo. non tantum decimas sed cuius decimas rerum a deo datarum offerant. ut eorum iustitia plusquam scribarum et phariseorum abundet. uel quod maius et melius est. imitentur zacheum. ut non solum iam decimas uel duas decimas. sed potius medietatem bonorum suorum largiantur templis dei. et usibus pauperum profuturam; hoc est .lxxx. et .l. de .c. auferre. hoc uero illis praecipitur. qui illius praecepti nec dum possunt esse exsecutores quo dicit; Si uis perfectus esse. uade uende omnia quae habes et cetera. Et laudauit dominus uilicum iniquitatis. usque. filiis lucis in generatione sua sunt; filios saeculi appellat dominus reprobos. filios autem lucis iustos; qui enim hic appellantur filii lucis et filii saeculi. alibi appellantur filii regni et filii tenebrarum; Audiant huius saeculi sapientes quanti eorum sapientiam dominus aestimauerit. qui eos non uere prudentes sed in sua generatione prudentes esse asseruit; prudentes enim sunt filii lucis id est filii dei. per rectam in deum fidem. per pia opera. per noticiam diuinae uoluntatis; Et uere prudentes sunt. quia et reprobis praeparata supplicia. et sibi debita praemia intuitu fidei porro id est a longe aspiciunt; At uero filii huius saeculi id est filii tenebrarum. prudentiores illis sunt sed ad malum; Sed non uere prudentes sunt. quia quae sequantur prouidere non possunt; Et quia huiuscemodi non apud deum uel eius electos prudentes habentur. sed apud mundi amatores. et hoc non tacuit dominus. cum in sua generatione hoc est in praesenti uita. prudentes illos esse memorauit; De quibus salomon; Sapientes sunt ut faciant mala. bene autem facere nesciunt; Et propheta; Ue qui sapientes estis in oculis uestris. et coram uobismet ipsis prudentes; Et ego dico uobis. et cetera; Mamona hebraice. diuitiae interpretantur; Et pulchre dixit de mamona iniquitatis. quod scilicet de iniquitate colligantur per diuersas fraudes; Omnes enim diuitiae de iniquitate descendunt. et nisi alter perdiderit. alter non potest consequi; Unde et illud uulgatum apud ueteres prouerbium uidetur esse uerissimum; diues aut iniquus est. aut heres iniqui; habent quoque et saeculi uiri

diuitias in presenti. sed non dicuntur
mammona iniquitatis. quia non per iniqui
tatem illas adquirunt. sed a domino sibi dica-
tas cognoscunt. neque in eis spem suam
ponunt. sed eas aliis clementer adtribu
unt. Sciendum uero est quia temporales
affluentiae solis iniquis diuitiae sunt. iustis
uero pecunia. differt namque inter diuitias
et pecuniam. quod ut clarius eluceat.
exempli causa duo homines constitu
antur in medium. ambo aeque diuitiis af
fluentes. quorum alter in his quae possidet.
omnem suae felicitatis copiam collocat.
et si ulla ratione fieri posset. cum ipsis
perpetuo uiuere atque manere optaret.
huic itaque ea quae possidet diuitiae ini
quitatis sunt. et ad iniquitatem reputantur.
alter uero qui habitis diuitiis non fruitur
sed utitur. qui suppletis suis suorumque in-
digentiis. quae superfluunt pauperum
christi usibus misericorditer tribuit. conqui-
rens sibi amicos a quibus recipi possit in
aeterna tabernacula. iste profecto diuitiae
iniquitatis non sunt. sed pecuniam a christo dis
pensandam suscepit. quam dum recto fenore
egentibus largiendo multiplicat.
hanc domino digne remunerandus inli
batam reconsignat. Quod autem sequitur. ut
cum defeceritis recipiant uos. non
pauperes quidem ipsi cum ab hac uita
defecerimus. in aeterna tabernacula
nos sunt recepturi. sed quia a domino illi quibus
benigni fuimus salutis occasio nobis
existent. ab ipsis recipi dicimur. quia
a capite illorum certae mercedis remu
nerationem donabimur. Si autem illi qui
de mammona iniquitatis pauperum indigentiam

releuant. amicos sibi adquirunt
a quibus in aeterna tabernacula recipiantur.
multo magis ad spem supernae retribu
tionis animum debent erigere. qui
diuitias spiritales quae quanto inuisi
biliores tanto meliores largiuntur. sunt
id est uerbum salutis ac necessariae exhor
tationis fratribus subministrant. Si enim
iniquitas id est terrena substantia
bene dispensata uertitur in iustitiam.
hoc est iustos reddit suos ministros.
multo magis sermo diuinus in quo
nulla est iniquitas. si bene fuerit dis-
pensatus. dispensatores suos leuabit
ad caelum. Unde et in fine parabolae
adiungit dominus et dicit. qui fidelis est
in minimo. hoc est in carnalibus et tempo
ralibus. et in maiore fidelis erit id est
in spiritalibus. qui enim in paruo iniquus
est. ut non det fratribus ad utendum quod a deo
pro hominibus est creatum. id est bona tempo
ralia. iste et in spiritali pecunia di-
uidenda iniquus erit. ut non distri
buat uerbum dei pro necessitate sed pro
personis illud diuidat. Sin autem car
nales inquit diuitias quae transeunt
et labuntur non bene dispensetis. ueras
aeternasque diuitias quis dat uobis. et si
in his quae aliena sunt infideles fuis
tis. ea quae uestra sunt quis credet uobis.
Alienum autem est a nobis omne quod saeculi est.
nostra autem sunt quae proprie homini a deo
sunt deputata. id est omnia bona spirita
lia. Unde dominus auaritiam corripiens.
dicit. eum qui amat pecuniam. deum
amare non posse. quam propter scribae et
pharisei qui erant auari. intelle-

gentes parabolā hanc contra se dic
tā. inridebant eū. omā carnalia
que certa erant atq; p̄sentia. sp̄ita
lib; ac futuris tanquā incertis p̄po
nentes; EBD XI. LECTIO SCI EUG
SCDM LUCA. IN ILLO TEMPR.
CUM ADPPINQUARET IHS
hierusalē. et cetera; Passurus
dn̄s a iudeis mortē p totius
mundi reparatione. adppinquan
te eiusdem passionis articulo.
uoluit cū palmis et laude turba
rū quasi ultro appetens mortē.
hierosolimā descendere; Sedens
ergo asino quē sibi ad hoc adduci
p̄cepat. clamantib; turbis bene
dictus qui uenit in nomine dn̄i.
adppinquauit ciuitati; Et intuens
eam. ruinā illius quia a principib;
romanis cōplananda erat p[illegible]
ratione defleuit dicens; quia si cog
nouisses et tu; Est autē hic defectus.
necessarie dictionis; Subaudit̄ enī.
si et quae tibi uentura s̄ mala pnoscere
posses sicut ego p̄nosco. multo magis
fleres. quemodo quia nescis q̄d tibi
imminet. inutilit̄ exultas; hec aūt
omā metaphorice ad habitatores ur
bis. n̄ ad saxa et edificia s̄ referenda;
Et quidē in hac die tua. et cet; In hac
die dicit. id ē. in hoc tēpore dū uentu
ra mala n̄ p̄spicis. dū carnis uolup
tatib; delectaris. ea que tibi s̄ ad pacē
tibi s; Cur uero bona uite p̄sentis ad
pacē habuerit. manifestat cū dicit;
Nunc autē abscondita s̄. ab oculis tuis;
Si enī ab oculis cordis eius mala que

sibi imminebant abscondita n̄ essent.
in p̄sentib; p̄speris letari n̄ potuisset.
Sed pena que a romanis principib;
imminebat. manifestat cū addit.
quia uenient dies. et cetera; Hec omā
sub tito et uespasiano romanis prin
cipib; hoc ipso ordine s̄ impleta. qui
rebellantib; iudeis ne tributa roma
nis dependerent. XL. II. anno post dn̄i
passionē. cū omis populus in tota ciui
tatē ad festiuitatē paschalē conflu
xisset. ipsā ciuitatē hierusalē obseder̄
munientes eā uallo. ne quis de eis in
gredi aut egredi posset; Tandē longe
obsidionis famis quoq; et infectionis
clade ptesi qui intra ciuitatē erant.
Licet prius fortit̄ restitissent. uic
torib; romanis cesser̄. qui ciuitatē
ingressi. incender̄ domū dn̄i. et ipsā
ciuitatē ad terrā consternantes.
solotenus eruer̄; Ipsosq; quos intus
reppererant. parti gladio necauer̄.
parti in captiuitatē uendider̄.
cunctos tam reliquos passim p totū
orbē dispser̄. ccc. in ultionē crucis
xp̄i crucifixis; Que cuncta in uindic
tā dominice passionis acta. pruden
tiū nemo dubitauerit; Et n̄ relin
quent in te lapidē sup lapidē. hoc ita
factū ē. ipsius que nunc ē ciuitatis
situs ostendit; Dū enī constat xp̄m
extra portā prioris hierusalē cru
cifixū. et nunc idem locus dominice
passionis in medio ciuitatis ab helio
adriano edificate habet̄. liquet p
fecto quia prior illa hierusalē fun
ditus ē. et euersa; quia aūt ē cul pa h[illegible]

illi euenerint. subdendo manifestat.
Eo quod non cognoueris tempus uisitationis
tuę. Creator quippe humani generis
illam uisitare dignatus est. primo per
patriarchas. deinde per prophetas. ad ul-
timum per presentiam suę incarnationis. quem
tamen illa proprię infidelitatis nequitia
excecata. cognoscere dedignata est.
Et ingressus in templum. et cetera. Quod salua-
tor prius mala quę ciuitati immine-
bant prenunciauit. ac mox templum in-
gressus. eos qui uendebant et emebant
in templo eiecit. patenter innotuit.
quod perditio illius populi. maxime
ex culpa sacerdotum fuit. qui domum
orationis speluncam latronum effece-
rant. quia sicut latrones in spelun-
cis latitant ut transeuntes si possint
spolient. si uero spoliare non possint inter-
imant. tales sacerdotes ad hoc in templo
semper assistere nouerant. ut quoscumque
possent per acceptionem munerum spo-
liarent. et mente spiritali perimerent.
quos uero ad danda munera promptos
non inuenissent. corporales lesiones
eis inferrent. Hec quidem iuxta fidem
historię. ita facta creduntur. sed al-
tius inspecta. morali redolent
intellectu. Quemadmodum enim dominus
tunc semel ruinam perfidę ciuitatis
defleuit. ita cotidie per electos suos
ecclesia deflet. qui semetipsos nesciunt
plangere. illos uidelicet. qui de
bona conuersatione conspicit ad
uicia reuerti. qui quam uenturam sibi
dampnationem. oculo mentis preuidere
nequeunt. iuxta salomonem. l[illegible]

tant cum male fecerint et exultant
in rebus pessimis. Qui si dampnationem
suam quę eis imminet agnouissent.
semetipsos utique cum lacrimis electorum
plangerent. Et quidem in hac die tua. sunt
et cetera. Anima peruersa in hac die sua
id est in hoc transitorio tempore. habet
ea quę ad pacem illius. dum ex rebus tempora-
libus letatur. dum honoribus extollitur. dum
carnis uoluptate resoluitur. dum nulla
formidine perpetuę mortis terretur.
Sed quę in die sua hoc est. in hoc transito-
rio tempore pacem habuit. in die aliena
graue scandalum suę dampnationis habe-
re incipiet. ibi enim affligenda est. ubi
iusti letabuntur. Et cuncta quę modo
ei ad pacem sunt et ad gaudium. tunc in ama-
ritudinem uertuntur. quia secum incipiet
rixari. cur dampnationem perpetuę mor-
tis non expauit. cur a prospiciendis
malis sequentibus oculos mentis clau-
sit. Unde ei subditur. Nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis. Peruersa
anima quę carnalibus desideriis
pascitur. ipsa sibi uentura mala abs-
condit. quia dum presente leticiam inter-
rumpere non permittit. supplicia quę secutura
sunt preuidere neglegit. et quasi
clausis oculis ad ignem uadit. Unde
bene scriptum est. In die bonorum ne im-
memor sis malorum. quia leticia
presentis temporis si qua est ita est agenda.
ut numquam terror [illegible]
iudicii recedat a memoria. hin[illegible]
quoque scriptum est. beatus [illegible]
sem[illegible]

uenient dies in te. et cetera. Inimici uniuscuiusque
cuiusque hominis demones sunt. qui exeuntem
animam a corpore obsident. quam in carne
positam nociuis delectationibus mulcent;
uallo circumdant. quia ante mentis eius
oculos reductis iniquitatibus quas perpe
:Ad trauit. hanc societatem sue dampnationis
pertrahentes coartant; Ut in ipsa iam
extremitate uite deprehensa. et a quibus
hostibus circumclusa sit uideat. et tamen
aditum euadendi inuenire non possit.
quia iam bona operari non licet. que cum licuit
agere contempsit; Et coangustabunt 110
te; maligni spiritus miseram animam undique
coangustant. quando non solum mala
opera. sed etiam cogitationes et locutiones
prauas ad medium deducunt; Ut que
prius semper multa dilatauit in scelere.
ad extremum de omnibus angustetur in- 115
retributione; Et ad terram prosternent
nent te. et cetera. Tunc anima ad terram
consternitur. cum caro in qua spem suam
posuit in puluerem reuocatur; filii quoque
illius depereunt. cum cogitationes
male que modo ex illa procedunt. in ul-
tima districtione dissipantur. sicut
scriptum est; In illa die. peribunt
omnes cogitationes eorum; Non relin
quent in te lapidem super lapidem; Quid
lapidum nomine accipimus. nisi
duras cogitationes. Dum enim peruerse
cogitationi peruersior adicitur. qua-
si in edificio [illegible] ciuitatis super
lapidem lapis ponitur; Inde structa igitur
ciuitate. super lapidem lapis non relin
quitur. quia cum anima ad dampnationem
ducitur. uniuerse cogitationi illius
discutiende deseruiuntur; que cur
patiatur. subiungit; Eo quod non cogno-
ueris tempus uisitationis tue; Animam
peruersam multis modis dominus uisitat. assi-
due uidelicet preceptis. aliquando
flagellis. plerumque miraculis. nunc
prosperis. nunc aduersis; Sed quia in hono
ribus et deliciis posita. hoc tempus sue
uisitationis non cognoscit. inimicis
suis malignis uidelicet spiritibus in exitu
uite sue traditur. cum quibus in eterno sup
plicio perhenniter crucietur; Et ingres
sus in templum. et cetera. Templum dei con
gregatio fidelium est. ut paulus dicit;
Templum dei sanctum est. quod estis uos; Uenden
tes sunt in hoc templo fidelium. qui hoc
quod gratis dare debuerant. non nisi
prius preceptis muneribus largiuntur;
Iusticiam enim uendere est. hanc pro premii
acceptione seruare. Ementes uero
in templo sunt. qui eos de spiritales honores
datis premiis munerum ad dampnationem
sibi conquirunt. Et bene omnes et ementes
scilicet et uendentes a domino eiciuntur
de templo. ut aperte clareat. cunctos
qui huiusmodi sectantur commercia.
de templo celestis hierusalem procul esse
pellendos; Domus mea. domus
orationis uocabitur. et cetera. domus
et templum dei est. ipsa mens et scien-
tia sanctorum; sed domus dei in speluncam
latronum uertitur. quando quilibet
fidelis. relicta innocentia et sanctitate
simplicitatis. hoc sectatur tractat un-
de proximis corporaliter siue spiritaliter
nocere ualeat; sed nequaquam ani-
mum ad nocendum aliis deliberabimus.

si diligenter perspexerimus qualis futura
sit hora nostre resolutionis. quis pauor
mentis. quanta tunc omnium malorum
memoria. que obliuio transacte feli
citatis. que formido et consideratio
iudicis; Et erat docens cotidie in
templo; Quod tunc dominus in templo iudeorum
per semetipsum cotidie corporaliter facie
bat. hoc etiam assidue per suos predicatores
et per sacrarum scripturarum paginas. in tem
plo suo quod est sanctorum electorum congregatio.
agere non cessat; templum enim dei est animus
et conscientia uniuscuiusque electi. cui
presidet dominus. Et licet prelati ecclesie ab officio
predicationis torpentes. uerbum dei fide
libus adnunciare neglegant. dominus tamen
ihesus christus cotidie in templo hoc est in cordibus
electorum docet. dum illos eterna bona
appetere. ac perpetua mala cauere.
diuina inspiratione interius docet.
Sed tunc salubriter. et doctorum uerbis
et instinctu diuine inspirationis in
struimur. si mala que nobis in nouissimo
tempore uentura sunt. formidolose ac
sine intermissione oculis inspicimus.
iuxta quod scriptum est; In omnibus operibus tuis
memorare nouissima tua. et in eternum
non peccabis; tunc enim in omnibus operibus
nostris nouissima nostra memoramus. cum
assidue que retributio bonis malisue
debeatur operibus. ante oculos mentis
uoluimus; Et quisquis hec incessanter
cogitat. deo se protegente in eternum non
peccat;

EBDOMADA XI POST PENT
LECTIO SANCTI EVG SECUNDUM LUCAM

In illo tempore. Dixit ihesus ad quosdam
qui in se confidebant tanquam iusti
et aspernabantur ceteros. parabolam istam;
Duo homines ascenderunt in templum
ut orarent. unus phariseus. et alter
publicanus; Et reliqua. Uidens
dominus quosdam iudeorum de ficta se scientia
extollere. ac per hoc quasi excellen
tioris meriti essent ceteris se preferre.
hanc parabolam deduxit in medium.
In qua et uirtus humilitatis precipue
commendatur. et presumptiua superbia
quam sit cauenda ostenditur; Dixit
autem inquit euangelista et ad quosdam
qui in se confidebant tanquam iusti
et aspernabantur ceteros. parabolam
istam; duo homines et cetera; Recte etiam
ad litteram dicit ascenderunt. quia ciui
tas hierusalem in cliuo montis hoc est
in descensu sita. ex parte erat in monte
et ex parte in ualle; templum autem domini
in eminentiori loco ipsius ciuitatis
erat collocatum. et qui ad illud ue
nire cupiebat. necesse erat ut illuc
ascendendo perueniret; Unde et in
sequentibus legitur; descendit hic iusti
ficatus in domum suam ab illo. hoc est
templo; uel descendit iustificatus
publicanus ab illo. id est ex compara
tione pharisei; Et in alio euangelio
homo descendisse legitur ab hieru
salem in hiericho; Ex his autem duobus
hominibus qui ascendebant in tem
plum ut orarent. unus erat phariseus
et alter publicanus; pharisei clerici
erant et presbiteri iudeorum. qui
eo quod a ceteris se diuidebant tanquam
sciores ac potioris meriti. diuisi
interpretantur. a phares filio iude.

mutuato uocabulo; Ex quorum numero iste fuisse deprehenditur. qui arrogantia tumens in templum ascendit non tam adoraturus quam se laudaturus; publicani autem uocantur. qui publicis flagitiis incumbunt. uel qui publicis negotiis et uectigalibus inseruiunt. id est telonearii. uel etiam omnes qui per fas et nefas diuitias sibi accumulant; Phariseus stans et cetera; Raptores sunt qui aliena diripiunt; Iniusti qui legem dei non custodiunt, nam ius dicitur lex; Adulteri qui alienum thorum uiolant; Quattuor species a doctoribus numerantur. quibus omnis tumor arrogantium deprehenditur; primo. cum aliquis bonum se a semet ipso habere posse estimat. cum contradicat apostolus; Quid enim habes quod non accepisti. Secundo. cum quilibet et si bonum quod habet caelitus sibi datum nouit. sed tamen hoc suis meritis se accepisse credit. contrarius paulo apostolo dicenti; quis prior dedit illi et retribuetur ei. tercio. cum quis gloriatur se habere quod non habet. contra quem sermo apostolicus; si quis putat se aliquid esse cum sit nihil. ipse se seducit; quarta species est. cum is qui a domino munus caelestis beneficii accipit. despectis ceteris super alios se extollit. quasi singularium uirtutum opibus locuples habeatur; hac quarta specie phariseus iste potissimum laborabat; qui quamquasi singularis meriti oranti publicano se praetulit. de templo absque iustificatione descendit; Ieiuno bis in sabbato; Requirendum qua ratione bis in sabbato se ieiunare testatur; sed quia iudei omnes dies sabbata uocant. dicentes prima sabbati et secunda sabbati. sicut et nos primam et secundam feriam dicere consuetum. non incongrue hoc loco nomine sabbati totius ebdomadis intellegitur. quae sabbato clauditur; bis ergo in sabbato id est duobus diebus in ebdomada ieiunare se perhibet;

fin. Decimas do omnium quae possideo; dominus in lege populo iudaico praecipiebat. ut ex frugibus suis decimas sacerdotibus darent; pharisei uero ut ceteris iustiores esse uiderentur. non solum fruges sed et holera herbarum decimabant; Unde et dominus eis improperat dicens; Ue uobis scribae et pharisei. qui decimatis mentam. anetum et ciminum. et quae grauiora sunt legis dimittitis. hoc est altiora praecepta legis. dilectionem uidelicet dei et proximi; Congruit etiam huic loco moraliter quod ezechiel propheta de ostensis sibi iiii^or celi animalibus dicit. quia plena erant oculis ante et retro; denique illa animalia per significationem typum gerunt omnium electorum; qui pleni sunt oculis ante et retro. quia ab omni parte circumspecti. et bona desiderabiliter prouident. et mala sollerter cauent; Fit autem saepe ut dum aliis rebus intendimus. alia neglegamus. ubi autem neglegimus. ibi oculum non habemus. Nam et phariseus iste oculum habuit ad abstinendum.

adelemosinā dandā. ad gr̄as dō referendas; sed quia ad humilitatis custodiā oculo caruit. cuncta bona que gesserat amisit; Quemadmodū autē nihil pdest qđ tota ciuitas contra hostiū custodit̄ incursū si unū in ea foramē relinquit̄ p qđ ab hostib; intret. Sic nil iuuat qđ multas uirtutes congregamus. si unū in nob uitiū relinquim̄. p qđ a diabolo capiam̄; Et publican̄ a longe stans. et cet̄; A longe utiq; stabat. quia peccatorē se ueraciter intellegens. sanctuario appropinquare ñ audebat; A longe utiq; stabat. quia peccando longe a dō se recessisse nouerat; Oculos ad celū leuare nolebat. quia sciebat se grauit̄ illū offendisse inlicita conspiciendo. quē in celo habitare credebat; Indignū certe estimans. his de optatib; dm̄ uel dī tēplū aspicere. quib; ad concupiscendū inlicita plurima fuerat conspicatus; pectus quoq; suū pcutiebat. qm̄ nouerat se ibi plurima cogitasse nefanda unde dn̄m offenderat; Et quasi supplicium sibi de seipso exigens. ueniā scelerū non tam impetrabat quā etiā extorquebat a dnō; Amen dico uob. descendit hic iustificatus. et cet̄; maxima fiducia sub exemplo istius publicani digne petentib; p̄rogatur; Qui quoniam culpas pteritas humilit̄ defleuit. quā uis iniustus ad tēplū uenerit. iustificatus tam̄ a tēplo recessit; Allegorice uero isti duo homines. duos significant populos; pharisseus qui se incaute de meritis extulit.

iudaicus est populus. qui de legis obseruatione supbiit; At publicanus peccata sua humilit̄ confitens. gentilē populū significat; qui quoniam ad dm̄ cuersus peccata sua recognouit. et scelerū suoȝ pfecte penituit. ñ solū ueniā. sed etiā ut populū iudeoȝ fidei dignitate pcederet accepit; Quia omis qui se exaltat. et cet̄; hec sententia et de utroq; populo ualet intelligi. iudaico scilicet atq; gentili; quoȝ alt̄ ut dictū est. de diuinis beneficiis supbiens humiliari. alt̄ uero deuote se in cfessione peccatoȝ humilians. meruit exaltari; Et de omi supbo et humili conuenientissime potest accipi. concordante sup hoc salomonis sententia; Ante ruinā exaltat̄ cor hominis. et ante gaudiū humiliabit̄; At uidemus multos honorib; et diuitiis huius sc̄li florere. et in eis usq; in finē pseuerare; Cernim̄ ēt etiā ñ nullos paupertate et inopia laborare. et in ea de egestate usq; ad exitū uite pmanere. Cū ergo isti in incoata felicitate. et illi in pristina paupertate usq; ad t̄minū uite pmaneant. quomodo uerū ēē constat qđ dn̄s dicit. omē hominē exaltatū humiliari. atq; humiliatū exaltari. Sed qm̄ ueritas falli ñ potest. sciendū quia etsi in psenti hoc ñ semp adimpleri uidemus. in futuro tamen cōplendū ñ dubitam̄. Omis eni q in psenti uita se exaltat. et diuinis pceptis se subdere ctempnat. hic in die iudicii cū supbis et impiis [illegible]

liari cogetur auditurus a domino: Ite in
ignem aeternum et cetera. Qui autem amore
diuino hic se humiliare studuerit,
imitans illum qui dicit: Discite a me quia
mitis sum et humilis corde: ipse in fu-
turo iudicio a domino exaltabitur cum op-
tabilem uocem audire meruerit: Ue-
nite benedicti et cetera. Nos autem
non solum ex humilitate publicani
exemplum humilitatis colligere
debemus: uerum e diuerso et de
: elati — uerbis pharisei formam humilita-
tis assumere. Ille enim considera
uit aliorum mala, et cepit iactanter
sua proferre bona; nos e contra nostra
mala debemus perpendere, et aliorum
bona considerare. Ut sicut ille ceteris
se praeferens, ex eo quod alios despexit humi
liatus est ad ruinam, ita nos bonis fide-
libus impares nos iudicantes, ex eorum
imitatione exaltati proficiamus ad gloriam.
Cumque huiuscemodi deuotionis formam
assecuti fuerimus, in cotidianis precibus
hanc orationem a beato Beda editam, bre-
uem quidem sed omnino saluberrimam fre-
quentando recitare studeamus: Deus
omnipotens miserere supplici tuo, quia
non sum sicut innumeri serui tui con-
templatiui sublimes, iustitiae merito
gloriosi, castitatis laude angelici,
uel ut etiam multi illorum qui post
flagitia publica paenitendo tibi
meruerunt esse deuoti; qui etiam si quid
boni tua gratia largiente fecero, quo
fine hoc faciam, qua uel ante districtio-
ne pensetur, ignoro. EBDOMADA
XII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM MARCUM

VIIII In illo tempore: Exiens Iesus de finibus
Tyri uenit per Sidonem ad mare Galileae
inter medios fines Decapoleos, et reliqua.
Redemptor noster pro salute humani
generis ueniens in mundum, atque
homo inter homines mira dignatione
conuersans, non uno in loco magiste-
rium caelestis doctrinae uoluit osten
dere, sed migrabat sedulus de loco
ad locum, praedicationi iugiter incumbens,
medelam quoque optatam infirmantibus
exhibens, ut eius uidelicet doctri-
nam plures audientes ac miracula
conspicientes saluari mererentur.
Exiens ergo a Iudaea uenit in par-
tes Tyri et Sydonis, quae sunt ciuitates
gentilium, olim quidem israhelitico
populo in sortem hereditatis desig
natae, sed propter peccata ipsius popu
li nequaquam in possessionem donatae.
In quo loco Tyrios et Sidonios cu-
rans, inter eorum infirmos filiamque
Cananeae mulieris sanitati resti-
tuit. A quorum finibus sicut euan
gelista dicit rediens, uenit per Si-
donem ad mare Galileae inter
X. medios fines Decapoleos. Deca-
polis grecum nomen est, et est regio
trans Iordanen decem continens
ciuitates sicut ipso nomine de-
monstratur; nam deca decem, polis
ciuitas dicitur; Decapolis ergo re-
gio dicitur decem ciuitatum. Quod
autem dicitur quia uenit dominus ad ma-
re Galileae inter medios fines Deca-
polis, arbitrandum non est quod ipsos

fines decapolis intrauerit. aut
mare transnauigauerit. sed usque
ad mare procedens. ad ipsum uenit
locum unde respicere poterat
contra medios fines regionis deca-
polis longe trans mare positos;
Et adducunt ei surdum et mutum. et
cetera; Fama miraculorum domini erat
longe lateque diffusa. et ideo ad
quaecumque loca accessisset. adduce-
bant infirmos suos. ut ab illo sani-
tatem recipere mererentur; Spiritaliter
surdus et mutus qui a domino mirabili-
ter curatus est. genus humanum
significat. In his dumtaxat qui per
dei gratiam. de infidelitate et pec-
cato primi parentis liberantur;
quod humanum genus in adam primo
parente obsurduit. quando ille
pestifera uerba serpentis cum mu-
lieris suasione audiuit; Ibi etiam
a praedicanda laude conditoris
obmutuit. cum de ligno interdicto
comedit; Sed ut iste surdus et
mutus necessaria dona reciperet.
dominus ad mare galileae uenit. hoc
est ad turbida et inuestigabilia
gentilium corda. occulta inspira-
tione suae pietatis accessit; Et bene
inter medios fines decapoleos ad
mare galileae uenisse perhibetur.
ubi aegrotum sanaret. quia deserto
ob perfidiam populo iudaico. qui
per eo quod decalogum legis ad custo-
diendum accepit. per regionem decem
urbium figuratur. uenit ad gentes
a cultu dei extraneas. ut filios
dei qui erant dispersi congregaret
in unum; Adducunt inquit surdum X.II.
et mutum; quia enim ipse surdus saluatorem
agnoscere non poterat. mutus
quoque rogare nequibat. adducunt
eum amici et pro eius salute domino suppli-
cant; pari modo et in spiritali cura-
tione agendum est. ut hi uidelicet
qui diuina eloquia et proloqui et
audire didicerunt. domino sanandos
offerant eos qui humana industria
X.I. ad fidem conuerti non possunt; Et adpre-
hendens eum de turba seorsum. et cetera;
non frustra actum credit. ut is qui
sanandus erat prius a domino de turba
sequestraretur; Non enim ideo illum eduxit
de turba. quod non posset illum in medio
turbarum sanitati restituere. sed
potius propter mysticum intellectum;
siquidem per mutum et surdum quem dominus
curauit. designantur illi. qui nec
cordis aures habent aptas ad audi-
enda uerba diuina. nec os ad profe-
rendum diuinum sermonem; Sed isti tales
si ueraciter cupiunt sanitatem recu-
perare. prius offerendi sunt domino
a sanctis et spiritalibus uiris. qui longo
usu didicerunt audire et aliis adnun-
tiare uerba diuina; prima namque
salutis spes est. ut peccator qui ad
deum conuerti desiderat. post paeni-
tentiam et abrenuntiationem peccatorum
turbas tumultusque adsuetos uitiorum
studeat effugere. et illas potissimum
personas declinare. cum quibus aut
a quibus peccatorum quolibet
modo pa[illegible] po[illegible]test; Misit

fini

inquit digitos suos in auriculas;
Quia in digitis plurimum partitionum
divisiones habent. merito per eos dona
diversa sancti spiritus figurantur; Nam quod digitus
dei spiritum sanctum significet; ipse dominus patenter
ostendit cum dicit iudeis. Si ego in digito
dei eicio demonia; quod alius euangelista
aptius ostendens dicit; Si ego in spiritu
dei eicio demonia; Et magi a moyse
in egregio scripto superati dixerunt; digitus
dei est hoc. id est virtus divina; digitus
ergo cum singulariter profertur spiritus sancti
personam significat; Cum vero pluraliter
digiti enunciantur eiusdem spiritus diver-
sa carismata designantur. digitos
ergo dominus in auriculas infirmi mit-
tit. cum per dona gratiarum spiritalium incre-
dulos quosque ad auditum divini verbi
convertit; Et expuens. et cetera;
Sicut per digitum domini designatur spiritus sanctus
ita et per eius sputum sapor sapientie
id est unigenitus filius dei; Nam sicut
sputum a capite in os defluit. ita
sapientia filii dei a patre procedit;
quod autem dominus ihesus christus sit sapientia dei
patris. ipse manifestat cum dicit. Ego
sapientia que ex ore altissimi prodivi
primogenita ante omnem creaturam;
tan sputo igitur dominus [illegible]git linguam egroti.
cum per ministerium predicationis. cate-
zizatis rationem fidei quam confiteri
debeant prestat; Et suspiciens in
celum. ingemuit et cetera; Sanaturus
egrum dominus in celum suspexit et inge-
muit. ut ostenderet quia de celes-
tibus salus est nobis speranda. et cum
magna compunctionis devotione

querenda; Ingemuit autem. non quia
indigebat aliquid cum gemitu postu-
lare a patre. cum ipse simul tribuat
omnia cum patre. sed ut hoc facto oc-
culte nobis innueret. quotienscumque
pro nostris vel aliorum reatibus domini misericordiam
imploramus. cum gemitu hoc faci-
endum esse; Sive ingemuit. quia nos
longe in terrestria deiectos esse do-
luit. quos ad celestia possidenda
creavit; simulque occulte nobis innuit.
ut qui per terrenas delectationes a celestibus
gaudiis decidimus. ad hec per gemitus
et suspiria redeamus; Et ait illi; Effe-
ta quod est adaperire; quid significet
verbum effeta. ipse manifestat cum sub
dit. quod est adapirire; hoc enim verbum
proprie ad aures pertinet. quia videlicet
aperiende erant aures ipsius surdi
ad audienda verba divina. et lingua
a retinaculo sue tarditatis solvenda;
Et statim aperte sunt et cetera; Inter dictum
et factum salvatoris nulla distantia
est. quia ipse dixit et facta sunt. mandavit
et creata sunt; Et loquebatur recte;
Ille recte loquitur qui deum corde et
ore laudat. et quod aliis verbo adnun-
ciat. ipse operibus exercet; Ille quoque
solus recte loquitur. sive deum confiten-
do sive aliis predicando. cuius linguam
dominus tactu sapientie que ipse est. ad
loquendum aperit. qui potest dicere
cum psalmista. domine labia mea aperies
et cetera; Cuique iuxta exemplum be-
ati iob. donec superest alitus in eo
et spiritus in naribus eius. non loquitur iniqui
tatem labiis. nec lingua mendacium

meditat. Et pcepit eis ne cui dice
rent; quanto aut eis pcipiebat . et cet;
Si dns qui occultor cognitor est et
omnia nouit antequa fiant . psciebat
qd miraculu a se factu pala pdicaturi
erant . cur eis pcipit ne cui dicant .
Nuquid miraculu silentio tegere
n potuit . qd cu uoluit fecit . sed in hoc
facto exemplu nob reliqt . ut in bonis
opib; que agimus . uiciu iactantie
et laude humani fauoris caueamus;
Et tam sciamus . quia si digna fuerint
imitatione opa nra celari n poterit .
ipso ad utilitate pximor ea manifes
tante qui alibi dicit . n potest ciuitas
abscondi . sup monte posita; In hoc eni
qd pcepit taceri miraculu . ostendit
non debere nos habe uoluntate ut
pximi nri ad laude humana uideant
opa nra; Rursu p hoc qd illi nequaq
tacent uirtute saluatoris . sed potius
pala adnunciant . demonstrat . quia
n ita debem occultare bona q agim .
ut ea aliis imitanda n ppona cu ipse
dns dicat . uideant opa ura bona . et
glorificent patre urm; In qb; etia
uerbis pdicatorib; sce eccle quid
agere debeant ostendit . quia scilicet
si illi quib; ille pcepit ut tacerent
miraculu amplius pdicare studue
r . multo magis illi qui in eccla ad
docendu et erudiendu populu in
stituti s . pdicationi et doctrine de
bent insistere . et frib; uerbu salutis
adnunciare; quib; loquens dns . dic
p pphtam; Clama ne cesses; quid
aute clamare debeat doctor . manifestat
dns cu subiungit; Et adnuncia populo
meo scelera eor . Cu eni pcipit dns
p pphetu peccata populi excelsa uoce
redarguat . doctores sce eccle instruit .
n ee mulcendos negligentes ac pcepta
di contepnentes . sed modis omib; cor
ripiendos ut a malicia cuertant . quatin
si monitis eor correcti fuerint . p
miu laboris p eor salute pcipiant .
uel si in malicia pseuerauerint . culpa
taciturnitatis ipsi euadere ualeant .
Iuxta qd ipse loqt p pphtam: Si tu ad
nunciaueris impio et ille c uersus non
fuerit . ipse in iniqtate sua morietur .
tu aute anima tua libasti; Nob quoq;
in hoc facto innuit . quia si illi uirtutes
dnicas tacere nequeunt quib; impat
ut taceant . multo magis sit nob diuin
pdicationis officiis insistendu; qui ut
uicissim uerbi di exhortem nos ad nun
ciatione . a bapto iohe pcipit qui dic .
qui audit . dicat ueni; his et huiusmodi
occupationib; inseruientib; . aderit
ille pior remunerator labor . et
nre caritatis exercitiu ampliorü
beneficior collationib; cumulabit .
qui uiuit et regnat cu do patre in
unitate sps sci ds . p cuncta scla sclor am;

IN NATALE SCI LAURENTII
LECTIO SCI EUG . SCDM IOH

In illo tepr . Dixit ihs discipulis suis;
Amen amen dico uob . nisi granu fru
menti cadens in terra mortuu fuerit .
ipsu solu manet; si aute mortuu
fuerit . multu fructu affert;
et reliqua . Confluentibus

gentilib; ad diem festum hierosoly
mam; et dnm ihm uidere cupien-
tib; cum hoc illi a baptismo nunciatum
fuisset; mox de sua passione quam
non solum iudei sed etiam gentiles ad salu
tem erant colligendi; hoc quod in pre
senti lectione recitatur; paucis p-
missis adiunxit; Uenit inquiens
hora ut clarificetur filius hominis;
ac deinde congruam conparationem
subdendo intulit; Nisi granum
frumenti et cetera; Quo loco granum
frumenti seipsum intellegi uoluit.
quo in terram cadente per mortem cor-
poris; multarum messium seges
per orbem emersit; Sicut ergo gra
num frumenti cadens in terram nisi
moriatur solum manet; sic xps solus
bonus. solus iustus. solus sanctus man-
sisset; nisi mortuus pro nobis fuisset;
moriens autem cunctas pene gen
tes sua morte ad cognitionem suam
adduxit; et eas tamquam optimum
frumentum fructificantes in
horreum celestis patrie introdu-
cit; Qui amat animam suam et cetera;
Anima hoc in loco pro uita presenti
accipitur; ut alibi; ne solliciti
sitis anime uestre. et cetera; Hec ergo
sententia gemina expositione
accipi ualet; Qui amat inquit
animam suam subaudis ab inferiorib;
in hoc mundo perdet eam; Id est si
amas animam tuam in dno perdes illam
in hoc seculo; Quod autem dicit hoc est;
Si ad hoc amas animam tuam ut
cupias uitam et non tenere cum xpo.
perde eam modo ut non timeas mori
pro xpo; Uel ita; qui amat animam suam
perdet eam; id est qui amat istam uitam
presentem perdet futuram; qui sensus ue
rior esse uidetur; pro eo quod sequitur; Et
qui odit animam suam in hoc mundo.
xii et cetera; Sed cauendum est omni xpia-
no; ne pro eo quod animam nostram id est
uitam presentem odisse precipimur
seipsum uelit interimere; sicut non-
nullos incautos constat egisse;
qui ut preceptum diuinum implesse
uiderentur presentem uitam odiendo
flammis se iniecerunt. aut aquis suffo-
cauerunt. aut precipitiis conliserunt;
quod quam sit absurdum quamque horribile
auctoritas sanctorum patrum canonicorum
testatur; qui ad huiuscemodi presum-
ptores detestandos communiter
statuerunt. ne aliqua memoria post
mortem a sacerdotib; circa diuini
altaris misteria gereretur; hoc
enim xps non docuit; qui in potius
diabolo precipitium suadenti res-
pondit; Non temptabis dnm dm tuum;
Item in euangelio legimus; quia
significans petro qua morte cla-
rificaturus esset dm; dixit ei;
Cum senueris extendes manus tuas
et alius te cinget; et ducet quo
tu non uis; quib; in uerbis satis ex-
pressit non a seipso sed ab alio de-
bere occidi; qui uestigia sequitur
xiii xpi; Cum ergo xpiano alicui huius-
cemodi necessitas incubuerit
persecutore hanc optionem dante.
ut aut xpm neget aut interficiatur;

ibi eligendum est potius pro dilectione dei mori quam illo offenso uiuere; Si quis mihi ministrat me sequatur; quid est quod dicit me sequatur nisi me imitetur; hinc etenim petrus ait; Christus passus est pro nobis relinquens nobis exemplum ut sequamini uestigia eius; Et quasi quereret aliquis quid premii recipiet ille qui sequitur christum subnectit continuo dicens; Et ubi sum ego illic et minister meus erit; Et hoc ipsum quid sit euidentius exponens ait; si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus; quo honore illo scilicet quem paulo superius commemorauit ut ibi sit adoptiuus ubi est unigenitus; Non autem putandum est hoc solum esse ministrare christo ea que sunt corpori necessaria indigentibus preparare cibum apponere poculum ministrare; fecerunt hoc illi qui eum uidere meruerunt in carne presentem sicut martha et maria et ceteri domini fidelissimi seruitores; Nam et iudas domino ministrauit; sed numquid de illo dicitur ubi sum ego et minister meus erit; ministrant igitur christo illi qui non sua querunt sed que sunt ihesu christi; hoc est quod dicit me sequatur hoc est uias meas ambulet non suas et quicquid facit amoris mei causa faciat; uerbi gratia si facit elemosinam de misericordia faciat non de iactantia nec ibi aliud quam bonum opus requirat; hinc ueritas admonens ait; nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua; quid enim hoc loco per sinistram nisi appetitus humane laudis exprimitur; quid uero per dexteram nisi intentio implendi diuina precepta figuratur; nesciat ergo sinistra quid faciat dextera id est non se misceat conscientie tue laudis humane appetitio cum in elemosina facienda diuinum preceptum cupis implere; qui sic ministrat christo utique ministrat quia in ministrando non aliud quam christo placere desiderat; non solum autem ille christo ministrat qui misericordie opera erga indigentes exercet sed et ille qui omnia bona opera propter christum adimplet; licet etiam recte christo ministrare dicitur qui animam suam magna caritate pro fratribus tradere non dubitat; de tali quippe opere etiam se ministrum dominus dignatus est et facere et appellare ubi ait; filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis; tales ergo ministros christi deus pater honore illo honorificabit quo nullus ualet esse prestantior scilicet ut sint filii adoptiui cum filio eius unigenito nec umquam eorum felicitas minuatur; de qua glorificatione dicit alibi idem beatus iohannes; Carissimi nunc filii dei sumus et cetera usque uidebimus eum sicuti est; Ad quam gloriam ut quandoque ualeamus pertingere beati laurentii martyris cuius natalem deuote recolimus opem curemus exposcere qui et res temporales sibi creditas fideliter dispensando christo in suis pauperibus ministrauit et suam

uitā plus quā p̄sentē appetens; p illo
usq; ad mortē patiendo militauit.
unde et uictor effectus; celestis tri-
ūphi palmā emeruit. EBDOM̄ X
VIIII. POST PENTEC.
LECTIO SCI EUG. SCDM LUCA.

IN illo temp̄r. Dix̄ ih̄c discipul̄ṡ;
Beati oculi qui uident; que uos
uidetis; et reliqua; Conuersans
et conloquens dn̄s cū discipulis suis.
inter cetera dixit eis; beati oculi
qui uident. et cet̄; quib;ⁱᵘᵇ n̄ om̄s bea-
tificat qui p̄sentiā illius corporalit̄
intuebant̄. sed illos qui humanita
tē eius cernentes. potentiā quoq;
diuinitatis in illo ēē n̄ dubitabant; alit̄
nāq; uidebant scribe et pharisei
dnm. alit̄ apti; alit̄ credentes.
aliter n̄ credentes; pharisei illud
qđ uidebant. hoc solūmodo crede-
bant; uidebant eū oculis corporeis.
et tantū purū hominē ēē credebant;
apti uero et ceteri fideles. hominē
eū cernentes. uerū quoq; dm̄ ēē n̄
dubitabant; qđ manifestat petrus
apts. qui p omib; respondit dn̄o
dicens; tu es xp̄s. filius di uiui; Et ideo
ut diximus. n̄ beatificant̄ oculi
scribarū et phariseor̄. qui eū homi
nē solūmodo ēē putabant. sed oculi
aptor̄ ac fideliū. qui illū et uerū
dm̄. et uerū hominē ēē credebant;
de quib; ipse superius ad patrē lo-
quens ait; Gras ago tibi dn̄e pater
celi et terre. qui abscondisti hec
a sapientib; et prudentib;. et reue
lasti ea paruulis. id ē humilib; et
mansuetis aptis. Qui et si illū uider̄
cōmuni infirmitate circūdatum.
crediderunt tamen et intellexer̄. in ho-
mine latentē unū cū patre dm̄;

Dico uob. qđ multi pphete. et cet̄a;
mouet quosdā cur dicat dn̄s. multos
pphas et reges uoluisse uidere et
audire que apti uiderunt et audi-
er̄. et n̄ audisse neq; uidisse; teste
nāq; saluatore. uidit abrahā diem
xpi et gauisus est; Uidit moyses
sine dubio dm̄. quia scriptū ē de illo.
qm loquebat̄ dn̄s ad moysen. sicut
loqui solet homo ad amicū suum.
facie ad faciem; Esaias quoq; et
micheas. et multi alii pphe. uide-
runt gl̄am dni; Unde et uidentes s̄
appellati; Et pene cuncta scriptu-
rare lecta. patres antiquos fere
om̄s dm uidisse demonstrat; Si ergo
sci patres et pphete dm uider̄ ut
scriptura testat̄. quid est qđ dn̄s
dicit. multi pphete et cetera.
Sed aliud ē uidere p fidē. aliud p
speciem; uider̄ siquidē p̄memo-
rati sci dm omipotentē. sed per
speculū et p imagines et in subiec-
ta creatura. Om̄s enī manifesta
tiones que in uetere testamento
ad patres facte fuisse memorant̄.
p subiectā creaturā hoc ē p an-
gelos. facte a doctorib; affir-
mantur; Si enī dm in sua diuini-
tate ut est absq; ullis imaginib;
uidebant sci. quid ē qđ moyses
quiuit iā dictū est cū dn̄o facie
ad faciem loquebat̄. tā obnixe

dnm obsecrabat dicens: si inueni
gratiam in conspectu tuo: ostende mihi
te ipsum ut uideam te manifeste. Quem enim
manifeste uidere querebat: utique
usque ad illud tempus per imagines ac fi-
guras se uidisse declarabat; Uerum sci
apostoli dnm semper presentem habebant. et
cum omni familiaritate: tunc etiam illi
in conuictu adherentes: quicquid cog-
noscere uoluissent. non per speculum. non per
enigma. sed ipsum dnm interrogando
discebant; Unde merito omnibus retro
scis. lege beatitudinis preferuntur. au-
dientes a dno; multi prophete et iusti.
et cetera; Nam illi qui in ueteri testamento
dm uidisse narrantur: iuxta fidem defun
cti sunt omnes. non acceptis repromissionibus;
sed a longe eas aspicientes et salutan
tes; Quod enim antiqui sci maximum deside
rium habuerint uidendi incarnem dnm.
ipsorum uerba testantur. quibus filium di
incarnatum se uidere concupiuisse
declarant; hinc esaias propheta maximo
xpm uidendi feruens desiderio:
clamabat; utinam disrumperes celos et
uenires; hinc dauid pari affectu
exestuans aiebat; dne inclina celos
tuos et descende; Optabant enim sin-
guli: ut si fieri posset: suo quisque tem-
pore di filium incarnatum uideret;
Notandum autem est quia quos lucas in pre
senti lectione prophetas et reges dicit:
matheus alibi distinctius loquens:
prophetas et iustos appellat; Ipsi sunt enim
reges magni qui et iusti: qui tempta-
tionibus suarum motibus non consentiendo
succumbere. sed regendo preeminuerunt;

Et ecce quidam legis peritus surrexit. XCI
et cetera; Iste legis peritus id est legis doctor
ut dnm interrogando temptaret: occa
sionem accepit de superioribus uerbis dni.
cum regressis discipulis a predicatione
XV dixit eis; Gaudete quod nomina uestra
scripta sunt in celo; Quod iste legis peritus
audiens: interrogans querit quid
faciendo mereatur in celestis libri
ipse quoque scriptura intitulari. Et dns
ad illum; In lege quid scriptum est quomodo
legis: quia ipse legis doctor erat:
de ipsa eum lege interrogat; Ille respon
dens dixit; diliges dnm dm tuum. et cetera;
Ubi notandum quod in dilectione di non
ponitur mensura: cum dicitur ex toto; In
dilectione autem proximi quodam modo
mensura datur: dicendo. sicut te ipsum; Ait
apostolus paulus; quecumque scripta sunt: ad
nostram doctrinam scripta sunt; Dum ergo dns
legis perito se temptanti respondere
dignatur: nostram ignorantiam erudit;
In qua responsione: iter patrie celestis
nobis ostendit; Cum enim suo temptatori
mandatum dilectionis exponenti dicit:
recte respondisti hoc fac et uiues:
aperte nobis declarat: quia per solam dilec
tionem ad uitam eternam peruenire possumus:
si hanc non uerbo tantum sed et opere ser
uamus; Scilicet ut diligamus dnm ex toto
corde id est ex toto intellectu: et
ex tota anima id est ex tota uoluntate:
et ex omnibus uiribus; hoc est ex omni fortitu
dine: et ex tota mente hoc est ex tota ratione
uel memoria; tunc etiam diligimus
proximum tanquam nos ipsos: si quomodo quis
nobis a proximis fieri uolumus: eadem

et nos proximis faciamus; Que duo precepta
plene custodita. ad impletionem legis
et omnium prophetarum proficiunt; In his enim
duobus preceptis. tota lex pendet et prophete;
Ille autem uolens iustificare se ipsum. et cetera.
Qui laudatus fuerat a domino quod optime
respondisset. quantulacumque ex hoc
prepta iactantia. uolens se iustum os-
tendere. dixit ad dominum; Et quis est meus
proximus. querit iste legis doctor.
utrum is qui consanguinitate tantum
aut propinquitate carnis affinis est.
an potius omnis homo qui misericordiam
alteri impendit. proximus intellegi
debeat; Cui dominus ita respondit. ut et
omnem hominem qui alterius miseretur
proximum illius esse doceret. et tamen quia
ipse per assumptam humanitatem proximus nobis
fieri dignatus est. eundem ostenderet;
Sequitur enim. Suscipiens autem ihesus.
et cetera; Uerbum suscipio. duobus modis
intellegitur; Aliquando ponitur pro eo
quod est accipio. ut illud; suscipiens
ihesum in ulnas suas. Symeon. Aliquando
uero significat respondeo. sicut in
presenti loco cum dicit. suscipiens ihesus.
id est respondens dixit; Homo quidam
descendebat ab hierusalem. et cetera;
Interrogante legisperito dominum quis
esset eius proximus. proponit illi dominus pa-
rabolam hominis descendentis ab hie
rusalem in hiericho. qui sit a latronibus;
in itinere despoliatus atque uulneratus;
Quem leuita et sacerdos qui erant ex
gente ipsius inuenientes pertransierunt.
nec illi misericordiam impendere studu-
erunt; Preteriens autem samaritanus quidam

quia gentis erat alterius. misericordia motus
alligauit uulnera eius. et imponens
illum in iumentum suum duxit in stabulum hoc est
ad hospicium suum. et curam illius cepit habere;
Sequenti die dans stabulario uidelicet
hospitii suo duos denarios. petiuit ut
curam illius haberet. promittens in redeun-
do mercedem illi restituendam; Qua proposita
parabola interrogat dominus doctorem legis.
quis horum trium fuerit proximus illi qui
fuerat uulneratus. utrum leuita uel
sacerdos qui ex eadem gente immo ex eadem
ciuitate erant et misericordiam non fecerunt.
an potius samaritanus alienigena qui ei
misericordiam impendit; Et ex responsione
scribe patenter adprobat. nobis nullum
amplius esse proximum quam illum qui nostri
miseretur; Quantum autem ad litteram ideo
hominem ab hierusalem in iericho descen
disse narrat. quia hierusalem in montu-
osis. Iericho uero ciuitas in campestribus sita
est; Atque ideo de hierusalem in hierico. non
nisi descendendo uenitur; In quo itinere
fertur latrones in quibusdam speluncis ac
foueis latitare. atque subinde de tran-
seuntibus predas agere. Altiore uero in-
tellectu. quid hec parabola significet.
intuendum; Homo quidam. et cetera;
Homo iste qui descendit de hierusalem
in iericho et incidit in latrones. adam
intellegitur in genere humano; Hie-
rusalem enim autem ciuitas de qua descen
disse fertur. significat celestem hieru
salem. id est illam habitationem patrie
celestis. ad quam perpetualiter contemplan
dam atque possidendam primus homo
a deo fuerat creatus; A cuius felicitate

tunc decidit . cum superbiens a paradiso
expulsus est . atque a uisione diuinę contem
plationis alienatus; quandiu enim in
paradiso fuit . in consortio et societate
angelorum per intimas contemplationem mansit;
at ubi serpentis persuasione motus contra
creatorem superbiuit . statim a paradiso
simul et a contemplatione sui creatoris
decidit; Et hoc significat presens parabola .
quę narrat descendisse hominem de hie-
rusalem; Cuius nomine uidelicet hieru
salem . designatur illa beatitudo patrię
cęlestis; quo uero deciderit ipse primus
parens noster . postquam a contemplatione
cęlestis hierusalem alienatus est . manifestat
dominus cum addit . in hiericho; hoc est in hanc
uitam mortalem laboribus et defectibus plenam .
In quam merito inobedientię infelix hu-
mana mortalitas expulsa . grauissimam
presumptionem superbię perpetuo deflet exilio;
Hec enim uita presens . nomine hiericho de-
signatur; Et recte per hiericho quę interpretatur
luna . defectus nostrę mortalitatis figu
ratur; quoniam sicut singulis mensibus luna
decrescens deficit . ita et uita nostrę
mortalitatis singulis momentis defici
ens . cotidie euanescit; Et incidit
in latrones; Latrones qui a latendo
dicti sunt . demones significant; qui pro eo
quod inuisibiles sunt . iter nostrum latenter
obsident; In hos latrones homo ideo
incidit . quia descendebat; descensus
autem hic . non alius quam superbia intelle-
gitur . de qua dominus; qui se exaltat . humi-
liabitur; Nisi ergo superbiendo descen
disset . in latrones non incidisset . quia
primum homo superbiit . ac deinde tem-
ptatus hostibus cessit; Scriptum namque est;
Ante ruinam . exaltatur cor; Qui etiam
despoliauerunt eum . id est gloriam inmortali-
tatis et ueste innocentię ab eo tulerunt;
nisi enim superbiendo primus parens noster
adam peccasset . inmortalis utique per
mansisset; Et plagis impositis abierunt;
plagę peccata significant . quę ita
animum sauciant sicut plagę uulne
rant corpus; Quod intuens psalmista .
flebili lacrimatione semetipsum de-
plorat dicens; peccata mea sicut sagit-
tę infixa sunt in me; plagis autem impositis
id est peccatis cumulatis . abierunt non
ab insidiis hominum cessando . sed fraudes
earundem insidiarum callide ne caueri
uel deprehendi ualeant occultando;
Semiuiuo relicto; Ex ea parte qua
homo deum potest cognoscere . uiuit;
Ex qua uero peccando deum offendit .
mortuus esse probatur sicut legitur; Anima
quę peccauerit . ipsa morietur; Latrones
ergo id est demones semiuiuum hominem
reliquerunt . quia beatitudinem quidem
ab eo inmortalitatis tulerunt . sed rationem
animi qua deum nosse potest . auferre
minime ualuerunt; Accidit autem
ut sacerdos . et cetera; per sacerdotem
et leuitam qui inspecto saucio transi
erunt . significatur lex ueteris testa-
menti et sacerdotium iudeorum . quod ma-
xime in sacerdotibus et leuitis quon-
dam emicuit; uel ut distinctius loqua
mur . per sacerdotem quidem aaron sacerdos
cum omni sua progenie . per leuitam uero
moyses similiter cum sua successione
intellegitur; qui leuita idcirco dicitur .

qđ legis fuerit amministratio; sed
leuita et sacerdos uidentes hominē
sauciū ad sanitatē minime pduxe
runt. quia lex peccata quidē ualebat
ostendere. sed neminē a peccato li
berare; peccatoꝝ enī uulnera p
legē et sacerdotiū iudeoꝝ tantum
monstrari poterant. ñ autē curari;
quia iuxta aptm inpossibile erat
sanguine brutoꝝ animaliū auferri
peccata. donec ueniret illud singu
lare sacrificiū. qđ in cruce oblatū
peccata mundi extersit; Unde
sequit; Samaritanus autē quidā.
et cetera; Samaritani ñ erant de po
pulo iudeoꝝ. sed alienigenę potius
et idolis seruientes; Cū enī a rege
assirioꝝ decē tribus ppt peccata
translatę fuissent de samaria.
ne terra eoꝝ habitatore uacua
redigeret in solitudinē. iussu regis
assirioꝝ quidā de alienigenis
assiriis uidelicet missi sī in samariā
quę erat caput decē tribuū. ut
habitarent ibi et terrā excolerent;
Cūq; cepissent inibi degere et idolis
ut potedm ignorantes deseruire.
inmisit in eos dns feroces bestias.
ad quarū deuastationē interibant;
quo cōpto rex assirioꝝ cū suis
cōmunicato consilio direxit
eis quendā de sacerdotib; iudeoꝝ.
qui eos legitima diterre doceret;
qui cū eis diuinā legē tradidisset
ut regū et paralipomenon nar
rat historia. ceperunt timore co
gente dm colere. sed pristina

adhuc in fidelitate uigente. nihil
ominus idola sua ñ desistebant adorare;
Istos igit iudei abhominationi et
contēptui deputantes. samari
tanos uocabant et plenos demoniis.
eo qđ demonib; deseruirent; Unde
et hoc psummo conuicio dno obie
cer. samaritanus es tu. et demoniū
habes; Uerū ille ñse samaritanū eē
abnuit. ppt nominis ipsius sacra
mtū; Samaritanus iste. intellegit
dns ihs xps; ñā samaritanus. inter
ptat custos; Unde et psalmista.
dic de dno; Nisi dns custodierit
ciuitatē. et cet; Et ei de psalmista
cupiens liberari ab his latronib;.
dic; Custodi me a laqueo quē abscon
der mihi; Tunc ergo iste samarita
nus id ē dns ihs iter faciens iuxta
sauciū ptransiuit. hoc ē iuxta
genus humanū qđ erat uulnerib;
peccatoꝝ infectū. quando assūp
ta humanitate in similitudine
carnis apparuit. ut p peccatū
dāpnaret peccatū; Iter eius
fuit in hunc mundū. descensio
eius in uterū uirginis. natiui
tas et pdicatio ipsius. passio
resurrectio. atq; ascensio.
hoc iter peragens dns. uidit
sauciū genus humanū. hoc est
misertus est eius; Et adppians.
et cet; Tunc dns adppians sau
ciati uulnera alligauit. quan
do in hunc mundū ueniens. pec
cata quę in hominib; inuenit.
redarguendo cohibuit dicens;

penitentiam agite. et cetera. Infundens
oleum et uinum. Uinum plagis infusum mordet.
oleum uero lenit et mollit. Oleum ergo
plagis sauciati dominus infudit. cum spem
ueniae penitentibus repromisit dicens.
Adpropinquabit regnum caelorum. Infudit
etiam uinum. cum terrorem damnationis
peccantibus et non penitentibus incussit
dicens. Omnis arbor quae non facit fruc
tum bonum. et cetera. Et imponens illum
in iumentum suum. et cetera. Iumentum Christi est
humanitas eius. quam assumens ad nos
uenire dignatus est. In quo iumento
id est corpore humano saucium imposuit.
quia peccata nostra ipse in corpore suo
super lignum portauit. De hac humanita
tis assumptione loquens propheta dicit.
Ecce dominus ascendet super nubem leuem. hoc est.
assumet corpus pondere peccatorum
nequaquam grauatum. hoc autem est quod
hic dicitur. uulneratum iumento suo im
posuisse. quod et in alia parabola signi
ficatur. in qua pastor bonus inuentam
ouem humeris suis imposuit. et sic
repo[rt]auit ad gregem. Stabulum autem
in [quo i]llud duxit praesens ecclesia accipitur.
[in] qua sancta dei ecclesia animalia hoc est
fideles. frumento uerbi dei iugiter aluntur.
et sacratissimo diuini corporis pane
confirmantur. Stabularius autem ordinem
praedicatorum designat. quibus sancta ecclesia
commissa est a Christo. ut pabulo uerbi
diuini eam reficere studeant. Mora
liter itaque tunc quilibet super iumentum
domini imponitur et in stabulum ducitur. cum
ad baptismum ueniens fidem sanctae trini
tatis percipit. et in societatem sanctae ecclesiae

collocatur. Et altera die. et cetera.
Prima dies est tempus dominicae incar
nationis. quando sicut scriptum est.
sedentibus in tenebris et umbra mortis
lux orta est eis. Altera autem dies est
post domini resurrectionem. in qua
splendor lucis aeternae cum claritate
euangelii cunctis per orbem gentibus radi
auit. Duo uero denarii duo testa
menta significant. uetus scilicet et
nouum. In quibus aeterni regis nomen et
imago. hoc est cognitio et contemplatio
continetur. Altera igitur die dominus duos dena
rios protulit et stabulario dedit. quia
resurgens a mortuis aperuit disci
pulis suis sensum. et utriusque testamenti
mysteria. ad eruditionem omnium
gentium illis patefecit. Et quodcumque
supererogaueris. et cetera. Uideamus
quid supererogauerit stabularius. id est
sancti praedicatores. Unus stabularius
fuit sanctae ecclesiae paulus apostolus. qui super
erogauit quod in duobus denariis acce
pit. cum dixit. de uirginibus autem prae
ceptum domini non habeo. consilium autem do.
Et rursum. dominus inquit ordinauit his qui
euangelium adnuntiant. de euangelio
uiuere. nos autem non usi sumus hac
potestate inter uos. ne quem uestrum gra
uaremus. Cum rediens dominus quod promi
serat reddet. quia ueniens ad iudi
cium dicit ei et similibus eius. Euge
serue bone. et cetera. Quis horum trium.
et cetera. Interrogat dominus doctorem legis.
quis horum trium proximus factus sit
saucio iacenti. utrum sacerdos uel
leuita qui ex eadem gente immo ex

eadē urbe erant et misericordiam in eū
ñ fecer̄. an potius samaritanus alie-
nigena qui misericordiam illi impendit;
Et ex responsione scribę patent̄ ad-
p̄bat̄. nullū amplius nob̄ ēē p̄ximū
quā illū q̄ n̄ri misereť. **E**t ait illi ih̄s.
uade et tu fac similit̄; q̄d est dicere.
ut ostendas te ueraciť diligere p̄ximū
sicut te ipsū. uade et quicquid uales
in utilitate illius uel corporali uel
sp̄itali p̄m ptus op̄are. Sp̄italit̄ uero
p̄ximus n̄r nullus amplius ē quā
xp̄s. qui uulnera n̄ra curauit; p̄ximus
utiq; nob̄ ē p diuinitatē. quia ñ longe
ē ab unoquoq; n̄rm; In ipso enī uiuim̄.
mouem̄ et sum̄; p̄ximus etiā nob̄ fi-
eri dignatus ē ex humanitate. qui
cū ēēt longe a nob̄. ut pote inmortalis
a mortalib;. iustus a peccatorib;.
descendit ad nos ut fieret nob̄ p̄xi-
m̄ qui erat ante longinquus; diliga-
mus ergo eū quasi d̄m et d̄nm n̄rm.
diligamus et quasi p̄ximū. quia
ipse ē caput n̄rm; Et constat quia
nihil ē p̄ximius. quā caput m̄bris;
Diligentes ergo se diliget. et ad con-
tēplatione suā patrisq; introducet.
Cū quo uiuit et regnat in unitate sp̄s
s̄ci d̄s. p cuncta s̄c̄la s̄c̄lo⁊. am̄; **EBD**

XIII. POST PENTECOSTE
LECTIO SCI EUG. SCDM LUC.

IN illo tēpr̄. **D**ū iret ih̄s in hie-
rusalē. transiebat p mediā sama-
riā et galileā; Et reliq̄; **M**emor
d̄ns salutis humanę ob quā p̄fici-
endā celitus aduenerat. instante
iā suę passionis articulo. ibat in
hierusalē. non reformidans gentē
qualibet atrocē. quālibet sui effu-
sionē sanguinis anxie sitientē; In
hierusalem enī ibi erat tēplū d̄ni.
ibi erat sacerdotiū iudeo⁊. ibi erat
cultus sacrę religionis. ibi ter in
anno apparebat omē masculinū
iudeo⁊ s̄c̄dm p̄ceptū legale; Et ideo
d̄ns sępe adibat illā ciuitatē. cupi-
ens ibi plurib; adnunciare uerba
salutis. et sua ostendere miracula;
Ut ergo nec iter illius a miraculo⁊
p̄conius alienū atq; immune uidereť.
transeunte illo p mediā samariā et
galileā. et ingrediente q̄d dā castellū.
occurrer̄ ei decē uiri lep̄si. ita ut e-
rant legis decreto. a comuni domo⁊
uel urbiū cohabitatione discreti;
Samaria nāq; ciuitas est. siue p̄uincia;
Galilea uero. maxima pars est regni
iudeo⁊; Nec legimus occurrisse
istos lep̄sos d̄nō in uico aut in castello
uel ciuitate. sed potius in itinere.
quia lex p̄cipiebat ut quisquis lep̄sus
ēēt. p ministeriū sacerdotii a bomi
plebe separareť; Sed quia lepra
in una eadēq; cute diuersis p̄mixta
colorib; fedū hominē reddit. ñ
incongrue iuxta significatione
sp̄italem. lep̄sorū nomine signanť
heretici. qui unitatē fidei non ha-
bentes. diuersis inficiunť errorib;;
Sciendū uero ē nullā ēē falsā doc-
trinā. quę ñ aliqua sit ueritate p̄-
mixta. ne si aut apte mendax fue-
rit ñ recipiať. aut si ex toto uera-
ia heretica ñ sit; quēadmodū autē

uulnera in unius corporis cute ap-
parentia: diuersis colorib; carnē
obducunt. Ita in unius cuiusq; he-
retici doctrina falsa ueris respergunt: ut sub obtentu ueritatis
falsitas inimica p̄ualeat; m̄ etq;
uenena porrigunt: prius oraculi-
cis melle linunt: ut p̄ gustū dulcedinis: p̄ueniat ad poculū mortis;
Huiuscemodi autē pestes auctoritate principū eccl̄e ita s̄ p̄pellendę: ut auctores earū a totius xp̄i-
anitatis societate deiecti: magnis
dn̄m ihm̄ uocib; p̄ salute recipienda int̄pellare cogant; Unde bene
sequit; Qui steterunt alonge; Ideo
alonge steter̄ nec dn̄o adp̄pinquauerunt: quia ut iā dictū est. a communi consortio separati erant; Et
Leuauerunt uocē dicentes; Ihu p̄ceptor: miserere n̄ri; Alonge stantes
Lep̄si ad dn̄m uocē extollunt: ne
tumultuantis turbę strepitu: possent aliquatenus impediri; Sed et
in parte spiritalis intellegentię:
quā congrue ihm̄ heretici p̄ceptorem uocant: In cuius uerbis se recolunt deliquisse; dūq; ad eius magisterii regulā studiose festinant
recurrere: mox merent̄ optatę
salutis beneficia inuenire; Quos
ut uidit: dixit; Ite: ostendite uos
sacerdotib;; Inter om̄s quos dn̄s
a diuersis infirmitatib; multipliciter curasse legit̄: nemine illoꝝ
quib; curā impendit p̄ter lep̄sos:
ad sacerdotes mittere uoluit;

Cuius rei quidē ad litterā facilis
intellectus: quia patet illū ideo
hoc egisse. ne calūniantib; sibi aduersariis: aduersū se uideretur
iacula ministrare. dū quererent̄:
illū sacerdotib; suis debitū honorē ac reuerentiā n̄ deferre:
p̄serti cū lep̄soꝝ curatio a sacerdotib; ee̅t discernenda; Si uero,
sp̄italis in hoc intelligentia req;rit: constat quia illud sacerdotiū
iudeoꝝ: typus erat sacerdotii
regalis et xp̄iani. qđ nunc p̄ dī
grām in eccl̄a manet: quo etiā
emundam̄ et consecram̄ om̄s ad
ueri sacerdotis menbra p̄tinentes;
Lepra uero: quatuor habet differentias significationū; designat
enī infidelitatē paganoꝝ p̄fidiā
iudeoꝝ: errorē hereticoꝝ: et
maculas grauiū peccatoꝝ; Ab hac
tā multi p̄lici lepra quicūq; expiari desiderat. necesse ē̄ ecclesia
adeat: sacerdotes req;rat: ut p̄ eoꝝ
ministeriū eam ualeat maculas
peccatoꝝ; hinc ē̄ qđ saulus de celo
quidē a dō instruit̄: et tam ad ananiā p̄ ipsū regenerandus destinat̄;
hinc etiā corneliū angelus p̄se met
ipsū exhortat̄: quitam etiā petrū
accersire p̄cipit; quo ueniente
et uerbū di cornelio et domui eius
et amicis adnunciante: cecidit
sp̄s s̄c̄s sup eos qui audiebant uerbū;
itam petrus destitit quin eos baptismo p̄funderet: quos sp̄u s̄c̄o nouerat
consecratos; Multiplex enī misericordia

dei hanc prelatis ecclesiae sacerdotibus con
tulit potestatem · ut et confitentibus pae
nitentiae sanctionem darent · et eadem
salubri satisfactione purgatos · ad
unitatem reconciliationis admitterent ;
Sic diuinae uoluntatis praesidius ordinatis ·
ut indulgentia dei non nisi supplicationibus ;
sacerdotum queat optineri ; Et
factum est dum irent · mundati sunt ; bene
dictus uidens fidem istorum misit eos ad sa
cerdotes · et antequam ad illos ueni
rent reddidit eis pristinam sanitatem ·
ne illi uidelicet suo iudicio sed potius
gratia saluatoris crederent eos esse sa-
natos ; Unus autem ex illis · et cetera ;
Unus iste qui ceteris ingrate abeuntibus ;
solus redit saluatori gratias agens ·
unius ecclesiae deuota deo humilitatem
significat ; quae uere deo cotidie grates
exsoluit · quia repressis praesumptionis suae
cogitationibus · infirmitatem suam
humiliter aspicit · de bonis quae agit
nihil sibi tribuit · sed omnia diuinae
clementiae procedere confitetur ; Iure autem
in faciem cadere dicitur · quippe electorum
est ; In faciem enim cadit · qui de
malis quae perpetrat erubescit ; Contra
de persecutoribus domini dicitur · quia abierunt
et ceciderunt retrorsum ; Et de amatore
mundi sub metaphora ascensoris equi
per iacob dicitur · ut cadat ascensor eius
retro ; reprobi enim retro cadunt · quia
dum mala praeterita modo ante mentis oculos
ducere neglegunt · post modum retro
hoc est ad supplicia aeterna quae prius uidere no
luerunt · infeliciter deuoluuntur ; Et hic
erat samaritanus · id est alienigena ; saepe

fin̄s

legimus in euangelio · quia gentiles uenien-
tes ad dominum ut eum audirent et sanarentur
ab eo · sanitate percepta gratias deo referre
studuerunt ; Iudei uero eius iugiter miracula
uidentes · et ab eo mundationem percipien-
tes · semper ingrati permanserunt ; Spiritaliter
samaritanus qui interpretatur custos · signi-
ficat uniuersitatem populi gentilis per
fidem ad dominum conuersi · qui custodiam habet
ad humilitatem seruandam ; Cum enim gentilis
ad dominum conuersus · omne bonum quod habet
ei tribuit a quo accepit · profecto bene-
ficia sibi diuinitus conlata uigilanter
custodit · decantans cum psalmista ; for-
titudinem meam ad te custodiam · et cetera ;
Respondens autem iesus · dixit ; nonne decem
et cetera ; Merito saluator eos qui ingrati
perseuerant quasi ignotos requirit
cum dicit ; Noue ubi sunt · Sicut enim eos quos
eligit scire comprobatur · ita et eos quos
reprobat non incongrue nescire dicitur ;
Unde et quibusdam in fine dicturus est ·
nescio uos ; non quod lateat dominum aliquid ·
sed quia impiorum uias quorum figuram isti
praetendunt leprosi · quasi ignotas repro-
bat ; sicut et nescire mentiri uir
uerax dicitur · qui labi per mendacium
dedignatur ; non quo si mentiri uelit nesciat ·
sed quia falsa loqui ueritatis amore con-
temnat ; dicit ergo dominus ; nonne decem · et cetera ;
Nouenarius numerus si unum in aug-
mentum sui percipiat · quandam formam
unitatis explet et in denarium surgit ;
Quo numero id est denario tanta fit
conplexio · ut ultra illum alius nume
rus non excrescat · nisi hic id est denari
us repetatur a capite id est ab unitate ;

Unum ergo ad unitatem suam custodiendam non indiget nouem; nouem uero indigent uno: ut quędam effigies unitatis compleatur: id est denarius; Similiter et illi qui sunt intra unitatem sanctę ecclesię collocati qui designantur per unum: non indigent auxilio eorum qui extra sunt positi per infidelitatem; Illi uero qui foris sunt: indigent adiutorio electorum: ut per eorum ministerium et intercessionem mereantur sanctę ecclesię incorporari: quoniam aliter saluari non possunt; Non est inuentus et cetera; Supra decem mundatos asseruit: nunc autem neminem dicit inuentum qui rediret et daret gloriam deo: nisi illum alienigenam; Iuxta litteram: facile est hominem uideri corpore sanatum: et tamen persistere ingratum; Spiritaliter autem mirum cur istos dicat esse sanatos: qui gradiendi de infidelitate ad fidem conuertuntur: et tamen permanere eos ingratos; Si enim perfecte mundus est aliquis per fidem et baptismum: quomodo est deo ingratus cuius misericordia ab infidelitate adductus est ad fidem? Et si ingratus: quomodo mundus? Sed sciendum quia sunt quidam in congregatione fidelium: qui mundantur quidem per fidem et baptismum: ingrati uero per bonam operationem persistunt; De quibus dicit apostolus paulus; Cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt; Cum enim dicit eos deum cognouisse: ostendit mundatos esse a lepra infidelitatis per baptismum; Cum uero addit non glorificasse illos deum nec illi gratias egisse: accusantur ingrati; Et ait illi; Surge uade; surge uidelicet a uiciis peccatorum: et perge ad operationem uirtutum; quia fides tua et cetera; quibus uerbis apte ostenditur: quia si fides sua hunc saluauit qui ad agendas gratias saluatori humiliter rediit: absque dubio perdidit illos qui de percepta sanitate ingrati: mundatori gratias rependere neglexerunt; Spiritaliter quoque possumus intellegere: quia si illos qui intra sanctam ecclesiam consistunt fides sua saluos facit: procul dubio eos qui extra manent infidelitas sua dampnat; Illud etiam in isto qui iacens ante pedes domini surgere iubetur ostenditur: quia qui fidem rectam cum humilitatis obseruatione tenent: atque creatori suo se humiliter subdunt: quorum figuram iste pretendit qui mundatus ad gratias deo agendas rediit: per diuini uerbi consolationem a peccatis resurgere et ad opera uirtutum iubentur accedere: donec crescentibus uirtutum cotidie incrementis ad illam perfectiorem sublimitatem: in qua dominum deorum in sion perpetuo contemplari mereantur. Amen;

EBL XIII POST PENT. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis; Nemo potest duobus dominis seruire; Aut enim unum odio habebit et alterum diliget: aut uni adherebit et alterum contempnet; et reliqua;

Hęc uerba redemptoris nostri ad curas istius seculi euitandas nos instruunt: ut et temporalia contempnere: et cęlestia semper studeamus appetere. [illegible] Nemo inquit potest duobus dominis seruire;

que sententia iuxta litteram etiam non exposita claret. quia scilicet nemo duobus dominis carnalibus ita potest servire. ut ambobus equaliter placeat. utrisque equaliter obsequatur. Spiritali vero intellectu qui sint isti duo domini. subsequenter ostendit cum subdit; non potestis deo servire et mammone. id est christo et diabolo; que enim participatio christo et diabolo. aut luci ad tenebras. mammona apud hebreos vel syros. divitie dicuntur; punice autem mammon. lucrum vocatur; utrumque autem ad unum finem pertinet; adtendendum ergo quod non ait. non potestis deo servire et divitias possidere. sed non potestis inquit deo servire et divitiis; nam antiquos patres novimus temporaliter divites fuisse. quos tamen indubie constat perfectissimos in dei servitio extitisse. dives namque fuit abraham. dives iob. dives david. aliique quamplurimi; Sed isti quamvis habuerint divitias. non servierunt divitiis sed deo. qui spem suam divitiis nullo modo commiserunt. nec custodierunt eas ut servi. sed distribuerunt ut domini. tenentes eas in usu non in desiderio. et tanquam ex latere sibi datas utiliter dispo nentes. memores

psalmi precipientis; Divitie si affluant. nolite cor apponere; Quisquis ergo custodit divitias ut servus et non distribuit eas ut dominus. servus est divitiarum; Et serviendo divitiis compellitur servire diabolo. quia cupiditate divitiarum implicitus. diabolo se subdit. qui merito sue pravitatis terrenis rebus prepositus est. et a domino princeps huius seculi appellatur; Ait ergo dominus; unum dominum odio habebit homo id est diabolum. et alterum diliget id est christum. aut unum sustinebit videlicet diabolum tanquam durum et asperum dominum. et alterum contempnet et despiciet. hoc est dominum; Et notanda proprietas verborum dominicorum; Cum enim premisisset dominus dicens. Aut enim unum odio habebit et alterum diliget. non est subsecutus econtra ut diceret. Aut unum diliget id est diabolum. et alterum odio habebit hoc est dominum. quia nulla mens hominis tam perversa est que dicat. Aut dominum se odio habere. aut diabolum diligere; Convenienter autem addidit. aut unum sustinendum hoc est diabolum. et alterum contempnendum videlicet dominum; Contempnit enim dominum sed tamen non odit. quisquis precepta illius contradicendo despicit; sustinet diabolum tanquam durum et

crudelē habeat dnm̄ sed tam̄ non
diligit. qui cūq; p cupiditate diui
tiarū illis se subdit. qui princeps
mundi habet̄ dicente dnō; Venit
princeps mundi huius: et in me non
inueniet quicquā; sed licet illi sus-
tineat tanquā crudelē dnm̄: n̄ tam̄
diligit ut iā dictū est; Verbi grā;
si quis in aliqua domo ancillę
cuius liber hominis potentis copulat̄:
etiā si n̄ diligat eū cuius ancillam
diligit. ppter uim tam̄ suę cupi
dinis durā sustinet seruitutē. su-
biciendo se illi cuius ancillā sibi con
iunctā diligit; Sic et homo diligens
diuitias: seruus est diaboli qui caput
et princeps ē amatorū mundi; Ideo
dico uob: et cet; tanquā dicat; quia
dixi n̄ posse uos seruire dō et cupidi-
tatib; mundi: ideo dico uob ne solli-
citi sitis in aggregandis diuitiis: quib;
mens simplicita alienet̄ ab amore
sui creatoris; sed cū primo homini
a dnō dictū sit. In sudore uultus tui
comedes panē tuū. quidē qd nc disci
pulis immo cunctis fidelib; pcipit:
ne solliciti sint quid manducare et
bibere uel induere debeant: nūqd
phibet hominē laborare. qui prius
iussit in sudore uultus panē comedere?
nequaquā; sed in his pceptis dominicis 2
illa differentia ē attendenda: ut
unusquisq; ea quę corpus ad cibū uel
indumentū flagitat pcurare studeat:
ne deficientib; his quę naturalis fragi
litas expetit: ut pote sine qb; n̄ ualet
subsistere: etiā ipsa uita genuino ad-

iutorio priuata deficiat; sollicitudinē
autē in his adhibere uetam̄: qd intel
legit̄ cura supflua; Unde pulchre
hanc ueteres ita diffiniere: ut dice
rent sollicitudinē ēē egritudinē
animi cū inmoderata cogitatione;
In hoc autē qd dicit: ne solliciti
sitis animę urę quid manducetis:
quęrendū utrū cibus iste corporeus quęritur
quē sumimus: ad animā quę est
incorporea. an ad corpus ptineat;
ad qd dicendū: animā hoc loco p
psenti uita quę alimentis ac uestib;
retinet̄ positā ēē: in cuius causā
labor exercendus est ad eā susten
tandā: sollicitudo autē tollenda:
XII ut habentes uictū et uestitū his
contenti simus; siue animā p ipso
corpore quo continet̄ est posita:
a parte scilicet totū; sicut legimus
descendisse iacob in egyptū in
animab; lxx: cū animas non
absq; corporib; descendisse ma-
nifestū sit; Ceterū de spiritali cibo
ac uestimento: ualde nos semp finis
oportet ēē sollicitos; Nonne
anima plus est quā esca. et cet;
Ex his duab; substantiis constat
homo: anima uidelicet et cor
pore; ammonet ergo nos dns̄
hac sententia: ut meminerim
multo amplius nob dm̄ dedisse:
in eo qd nos cū non essem̄ coposuit
ex anima et corpore: quā sit ali
mentū et tegimentū: ut sit sensus;
qui maiora uob pstitit id ē animā
et corpus: pstabit utiq; et minora

uictu uidelicet et uestimentu. Respicite
uolatilia celi. et cet. ducit nos dns ad
consideranda minora opa. quatinus
ex reb; minorib; maiora nob facilius
psuaderi possint. Nulli eni dubiu e.
qd homo maius sit qua aliqd uolatile.
homo ad imagine et similitudine di
factus est. uolatile uero creatura
quide di est. sed tam irrationalis;
Et cu morit corpore. morit et anima;
homo uero quauis moriat corpore.
Anima tamen uiuit cu do. atergo;
Respicite id est considerate uolatilia
celi. qm n ser id e n seminant. neq; me-
tunt hoc e n colligunt neq; cgregant
in horrea uidelicet in granarus. et
pat ur celestis pasc illa; Hoc e. absq;
ulla sollicitudine et sine aliqua sua
puidentia. nutu di alunt; Si ergo uo
latilia quo mortalis e anima puiden
tia sui creatoris alunt. multo magis
homines quib; et nitas repmittitur.
illius munificentia gubernant; qui
da plus appetentes sapere qua oportet.
uoluerunt hunc locu allegorica
interptatione discutere. dicentes
p uolatilia celi angelos designari.
qui absq; ulla cura uiuentes ppetua
securitate et quiete potiunt. non
attendentes illud qd sequit. n ne
magis uos pluris estis illis. simplicit
ergo hec sunt accipienda. et ad hoc
posita sunt ut de reb; minorib; maiora
psuaderent. Nonne magis uos
pluris estis illis. n dic plures estis.
qui a plures ad numeru ptinet.
sed pluris id e carioris ptii estis.

hoc e plus ualetis; Rationale naq; ani-
mal qd e homo. sublimius ordinatu e
in reru natura. qua irrationabilia
sicuti s aues; Ille eni corpore morien
tes. anima quoq; intereunt; homo uero
et si corpore mortalis e. anima tam
inmortalis psistit. siue ad gtam siue
ad pena; Quis autem urm cogitans.
et cet; sensus e; si e aliquis urm qui ad
statura sua unu adicere cubitu pos
sit ut uel longior uel latior uideat.
cogitet qui eiusmodi e quomodo
illud uestiat et pascat qd ipse sibi
adiecit; Ceteru qd ds creauit. et ia
sine ura sollicitudine uestire ac
